

- num. 125. quam communem opinionem & veriorum affectum num. 127. & ibidem plura accumulat, & dat nonnullas limitationes ad hanc regulam. Sed re vera nulla melior limitatio potest assignari, nisi quando iste testis doceret de errore primi sui dicti, ita ut excusatione dignus esset, vt quando testis est vir multum timorosus & imbecillis ingenij, vel ambiguè deposuerit, licet grauasset in aliquo inculpatum, vel non fecisset examinatus de recenti, sed multo post factum, vel propter paupertatem detegret turpitudinem suam, dicendo se fuisse subornatum.
301. † Nā sa pē paucor iudicij, imbecillitas ingenij, memoria labilis, & necessitas, vel ira opprimunt veritatem, vt dixi supra in 5. par. de test. num. 197. de ijs Farinac. de opp. contr. test. q. 66. per tot. sicut viri potentes in auxilium suorum curam adhibent, ne manifestenur mala opera eorum, quibus Deus resilit, iuxta illud, Deus superbiis resilit, humilibus autem dat gratiam, Iac. 4. 1. Pet. 5. & Iudicis recta sollicitudo, iustitia zelus, & conscientia propriæ exonerationis, & ab ijs caueant timidi, & propterea cum exculpatione concurrentibus verisimilitudine, & coniectionis exculpatio ista prodest per supradicta, & vide Dd. adductos à Farinac. d. q. 66. per tot. vide etiam ad hanc conclusionem, quæ dicam in concl. 9. vers. verum Tindarus.
302. † Octava conclusio est, quod exculpatio testis facta in articulo mortis, deponentis se falsum dixisse, vel fuisse corruptum, non iuvat secuta litis contestatione, & repetitione, tex. in c. sicut extra, de test. per Doct. præcipue Barto. in l. si quis in graui, §. si quis moriens, num. 2. ff. ad Sylleia. Bald. in auth. si dicitur, in 2. col. C. de test. & Angel. d. cons. 308. Christophorus num. 4. Gabriel. com. concl. tit. de malef. cōcl. 32. num. 2. Mars. d. 5. restat. num. 3. vbi dicit post primam depositionem solenniter factam, idem vide in conf. 78. & multo minus quando iam lata esset sententia, Gramma. conf. ciuil. 72. requisitus, nu. 4. Farinac. de opp. contr. test. q. 66. nu. 110. fol. 137. & idem de indic. & tor. q. 46. nu. 56. cum seq.
303. † Nona sit conclusio, quod exculpatio testis (qui primò iuridice & legitime depositus, grauando inculpatum) facta extra iudicialiter, vel in carcere inter carceratos non prodest, tex. est in c. sicut, ext. de test. Mars. d. 5. restat. num. 3. Angel. d. cons. 308. nu. 4. & Farinac. iam supra alleg. & Mars. cons. 109. nu. 32. & 40. Bursa. d. cons. 201. num. 147. vbi dicit vnum, (sed in practica non seruandum) videlicet Iudicem non posse procedere ad sententiam, stante dicta exculpatione, & ante eum dixit Blanc. in sua pract. cit. veri suis præmissis, in fin. num. 137. quod verum esset quando sententia sola est fundata super primo dicto illius testis; at si, & super illo primo dicto, & super confessione rei sententia proferetur, & super alio teste, tunc illa extra iudicialis exculpatio non relevaret, † tum quia utile per inutile non vitiatur, vt dixi de test. par. 1. num. 87. & ad hanc regulam, quod utile per inutile non vitietur circa sententiam contractus, ac alia plura vide Tiraq. qui more solito enucleat, in tract. de retract. conventionali, in fin. num. 141. & 142. 143. cum seq. & Dyn. in d. c. utile, de reg. iur. in 6. Dd. in l. sancimus. §. si quis autem, C. de donat. text. & gloss. in l. pecunia, ff. de usur. Perr. Duen. reg. 185. vers. amplia quartò, tum etiam quia subest timor subornationis, & suspicio falsitatis habetur pro falsitate, Dd. in l. 1. C. de fals. sed in criminalibus non procedere de communi opinione testatur Bertazol. cons. 411. lit. a. vol. 2. Boff. de fals. nu. 14. faciunt adducta supra circa principium huius materiae exculpationis, & in conclus. 4. & ius acquisitum fisco priuatorum dictis non debet auferri, Dd. in l. transfigere, C. de transact. Verum Tid. de test. in

proposito huius conclusionis distinguendo in c. 3. & 4. dicit, quando testis vnum, dixit in iudicio cum iuramento in facto proprio, & postea totum contrarium dicat, tunc statut primo, quia etiam reuocatio cum tortura presumitur facta ad sui exonerationē, postquam prima vice, id quod est verisimile depositus, & qualificat, si vero testificatus est in facto alio prima vice uno modo, & secunda vice reuocauit cum tortura, tunc standum est secundo dicto (cel sante causa subornationis in repetitione) si vero vtrumque cum tortura depositus, neutro creditur, vt sup. dixi concl. 7. & in pract. de test. par. 4. num. 145. & 146. & seq. Præterea repetitio non est facienda, sed est aduertendum quod sepe fit quod ille, qui prima vice cum iuramento in iudicio vnum dixit, vel cum tortura quando conualidari oportuit (per quod inculpatum aggrauet), tunc si ad instantiam grauatur post repetitionem iterum repeti, non debet hæc iterata repetitio fieri propter ius iam fisco quantum, & quia imminet valde timor subornationis, minusque Iudex hoc facere ex officio debet, Fely. in c. propterea, de test. nisi repetitio fieret ad declarandum suum dictum, aut casu quo omisisset in prima repetitione illum interrogare super aliquo ex interrogatorij partis aduersa, vt dixi de test. in 5. p. 305 num. 199. † Sed si testis sponte, & ex interuello iret ad Iudicem, & vocato Notario actorum protestaretur se falsum dixisse vt subornatus, non debet audiri, postquam cum iuramento, & seruatis seruatis iam depositus, & quando cum prima sua depositione concurrunt aliae probationes contra reum, per ea quæ supra adduxi in hac conclusione, & in proxima præcedenti, quia presumitur subornatus ad exculpandum, Felyn. in c. lit. e. extra de præsump. Alber. de test. num. 4. Blanc. in l. generaliter, num. 2. C. de non nu. pecu. Farinac. q. 46. de indic. & tor. num. 56. nisi tam congruentem, & verisimilem rationem diceret, & tali fundamento conualidatam, vt Iudex rationabiliter crederet veram esse exculpationem, & ideo inuesigandum esset diligenter, & cogitandum qualis sit ista exculpatio, etiam extra iudicialiter, vt Iudex certior reddatur in sua conscientia, Farinac. d. q. 46. nu. 66. cum plur. seq. & dato quod admittenda esset talis exculpatio, nihilominus testis exculpans, tanquam perjurus non esset fide dignus, quoad subornatorem nominatum, Gabriel. com. conclus. de test. concl. 32. lib. 7. & Farinac. de indic. & tor. q. 45. & 46. num. 59. cum plur. seq. vt præmonui supra in 2. concl. circ. fin. & reperto, quod iste exculpator fuerit subornatus pro exculpando, potest formari nouis processus subornatoriis. Sed etiam cum dubitatur de subornatione, non est ei credendum, ne ponatur in discrimen totus processus, quia si iterum examinaretur, cum non deberet examinari, & torqueretur pro eruenda veritate circa suas depositiones, vt supra de test. in 4. par. num. 149. si sustineret ultimam depositionem, esset allatum magnum præiudicium fisco, qui de hoc posset conqueri, secus si in tortura primum dictum sustinuerit, non obstante exculpatione antedicta, quia fiscus nullam lassionem recepit, sed Iudex tantum in discrimine & periculo causam posuit eum audiendo & examinando cum non debuerat, quia facta tenent, l. patre furioso, vbi Ias. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. nisi Iudex istum audierit de mandato sui superioris, quo casu in totum excusatetur, l. qui iussu de reg. iur. cum 306 simil. † Quando autem iste, qui solemniter depositus, non esse, simpliciter testis, sed etiam ipse impli citus in causa tanquam socius criminis, & narrando factum (vt in mandatorio, & similibus) tam contra se, quam contra alios depoluisset, & cum dicta exculpatione tractaretur etiam de interesse suo, & de

c. 3.
cum
citra-
tatio-
nē,
epo-
alic
oca-
cel
d-
vt
145.
da,
i pri-
vel
uod
uati
ebet
qua-
nis,
Fely.
recla-
pri-
ex
5. p.
allo
ore-
ebet
uan
os-
per
roxi
ex
Al-
.C.
am.
sem
dex
m,
an-
ali-
Fa-
ad-
stis
us,
m-
lic.
so-
est
am
en-
aia
na
e-
sg-
a-
ce-
oō
m
ne
ai-
re
isi
jo
m
o-
si
n-
p-
x
de sua exoneratione, tunc deberet audiri quando docū que ante sententiam, l. non fatetur, vbi Bartol. ff. de confess. & Tind. de test. d.c. 3. & 4. adaptantur, quæ supra allegata fuere sub 9. concl. vbi Bursat. d. consil. 101. num. 147. & Blanc. in sua pract. crim. in vers. ijs p̄armiffis, num. 137. in fin. & deberet dari terminus ad docendum de errore, ita multa iura & authoritates firmat Foller. in ver. & si confitebuntur, in 3. par. nu. 50. & 51. vbi limitat, nisi ultra confessionem effient alia probationes, & cum tali condimento omnes supradictæ conclusiones sunt semper declarandæ & intelligendæ; Omnes enim Doctores in materia excusationis hoc afferunt, videlicet, nisi alia coniectura vel presumptiones aut probationes concurrant pro excusatione, aut pro inculpatione, & secundum eas excusatio prodest, & non prodest, vt supra p̄monui, numero 285. cum sequent.

307. ¶ Decima & ultima conclusio (omissa conclusione de Iudice afferente in articulo mortis iniquam se tulisse sententiam, de qua ultra Mars. in §. diligenter, & in d. §. restat, vide latè Farinac. d. q. 46. à num. 76. usque ad num. 90.) erit conclusio, quod excusatio domini rei furtivæ non excusat furem, licet dixerit de sua voluntate rem furto sublatam esse, Bald. in l. ante omnes, §. recte, ff. de fur. Marc. Mantua. sing. 602. & ita in pract. seruari ait Clar. §. furtum, ver. item excusator, vbi limitat quando furtum esset factum à consanguineis, vel à valde fido amico, (si amicus est, qui nostra bona tollit.) D. Menoch. de arb. iud. cas. 298. nume. 4. & in re parui momenti, Bald. in l. si sine, col. 2. C. ad Velleia. Rim. iun. consi. 106. numer. 2. tom. 1. interest Reip. fures puniri, & Reip. præjudicati non potest factum priuati. Mant. sing. 602. Sed si dominus primo querelauit, aut que relari fecit, & postea excusat, nullo modo prodest eius excusatio, nisi quæ dubitanter data extitisset, & postea dominus rei dixisset, ipsum venisse in cognitionem, quod inculpatus sit innocens, bonam reddendo rationem, vt per Farinac. de indic. & tor. q. 46. num. 109. vbi dicit docendum esse de errore, & 308. ¶ idem dicitur, quod præsumptio innocentiae rei, quæ resultat ex confessione & expurgatione offensis est potentior quam præsumptio contraria, Mascal. de probat. d. conclusio. 1135. nu. 7. 8. & 9. & faciunt quæ supra dixi in materia ista. De innocentia autem quando Iudicii constat (non obstante quod statutum velit contumacem haberi pro confesso & coniuncto) non debet Iudex, nec potest eum condemnare, Barto singu. in consil. suo incep. à domino Cyno. de Bononia, cum alijs per Mars. adducet. in §. oppōrtu- 309. nē, num. 8. & 9. vbi etiam dicit, ¶ quod licet statutum omnes exceptiones excludat, tamen non excludit exceptionem innocentiae per Bart. sing. in l. edita, in penul. col. C. de eden. cum alijs, quinimò dicit num. 10. & 17. quod Iudex cognoscens suam sententiam iniustam propter innocentiam rei non debet eam exequi, Ang. & Imol. in l. à Diuo Pio. ff. de re iud. de hac per Menoch. de arb. iud. qu. 38. vel debet Iudex potius renunciare officio suo, ne contra conscientiam exequatur sententiam iniustam, vt per Mars. num. 11. & num. 12. vbi fauore innocentiae Iudex ex officio poterit examinare testes à parte, ex Barto. in l. 1. §. fina. ff. de questio. DD. in l. & si non defendantur, ff. de pœn. & admittuntur testes domestici, & minus idonei, Mars. num. 13. & alia multa in proposito adducit idem Mars. in §. secunda, nu. me. 30. & in §. ultima, à num. 11. cum multa sequent, vbi latè de innocentia reorum ante vel post condemnationem, & in §. constante, num. 30. cum mul. leg. ostendit ea, quæ Iudex considerare debet, ne innocēs inquiratur, & num. 35. cum seq. dat plura exempla,

310. in quibus est, vt si † quis dat operam rei illicita- men dic non esse locum inquisitioni, primum de mutuante rem, vel depositante apud vicinum, qui si in scio vicino eam asportat, nulla competit actio illi vicino; secundum, de duobus socijs; nam si aliter contracta aliquam rem de dicta apotecha non oriatura etio criminalis: Tertius exemplum est de re sua, per aliquem potentem indebitè detentam, quia dominus potest dictam rem suam furtivè accipere; Quartum, quando creditor non potest prebare suum creditum, quod potest accipere quo modicunque bona debitoris, sed hoc in foro poli, non in foro fori, & dicit non teneri vi bonorum raptorum accipiendo bona debitoris sui ad sibi satisfaciendum, sed obstat regula ne quis in sua causa sibi ius dicat, quæ fallit quādo periculum est in mera. Item dat aliud exemplum de eo, qui occidit bannitum virtute statuti, ad cuius excusationē quilibet de populo comparere potest, Barto. in l. vbi paetum, C. de transact. Prædicta verò sunt intelligenda, dummodò sine scandalo fiat, & sine perturbatione, aut laesione propriæ famæ, vt per DD. quos allegat Decian. de delict. tom. I. lib. 11. de conscientia veritate cap. 13. num. 9.

Verum si Iudex ex officio contra furem processerit, vel ad denunciam eius, ad quem spectat, & dominus rei statim compareat postquam scierit, tunc excusatio prodest, nisi plene de delicto constaret, Bald. in l. 1. nu. 32. C. comm. de leg. & in ijs terminis loquuntur DD. quos Clar. adducit, d. §. furtum, vers. item excusatur, & Farin. d. q. 46. num. 110. ad quem 311 copiosius recurre in materia excusationis. ¶ Quid tandem de excusatione vxoris adulteræ excusantis adulterum accusatum à viro ipsis, aut à propinquis, dic, vt in prac. de test. 4. par. n. 57. lit. S. f. 192. & vide in 4. p. nu. 92. vbi de excusatione puellæ rapte.

DE RECUSATIONE IVDICIS.

Q. Voniam supra pluribus in locis. præcipue nu. 306. in hac 3. pa. de suspicione seu recusatione Iudicis tetigi, nō tam ē ad saturitatē, vīsis postmodū quibusdam doctis allégationibus D. Iuris. Monardi de Andrianis, placuit ex ijs nonnulla excerpere, quæ hoc loci ponenda censui. Igitur breuiter, & resolutiuē in actu pratico de more loquendo dico sic: quod æquissimo consilio factum est, vt nemo cogatur ferre Iudicem qui sibi sit aduersus, suspectus, & inimicus, c. quod suspecti, 30. q. 5. l. apertissimi, C. de iud. Couar. pract. c. 26. Tiraq. de pen. temp. caus. 51. num. 88. vbi de Iudice confangulineo. At non decet pro quid minimo accusare Iudicem suspectū ne forte vietus postea magis acerbum Iudicem habeat. ar. l. fi. §. si uero quidam. C. de test. manu. quandoquidē bonum est habere iudicem propitium. Spec. & tit. de Recusa. iud. §. qualiter, qua de re cauendum maxime ab illis, qui nunquam obliuiscuntur de causa eorum indignationis, quod est signum pessimum, unde qui ripam uult munire de domino futuro debet cauere. l. 5. de Rip. munienda. Caball. milleloq. 861 312. p. 2. quare bene dicas de Priore. ¶ Possunt autem omnes Iudices tam ordinarij quam delegati hodie recusari ut suspecti, teste Rol. a Val. cc. ns. 9. nu. 16. uer. 313. secundò non obstat, lib. 3. ¶ & recusatio potest fieri in qualibet parte Iudicij, ut infra suis locis dicetur, de hac re loquuntur Cano. præf. in Franc. in c. cū speciali, ubi latissimè de appell. Oſaf. decif. 15. per tot. Causal. dec. 28. nu. re 9. in 2. p. & dixi supra obiter, nu. 273. in hac 3. p. & etiam in 1. p. tetigi, & Iudex noster non obstat tam supra potestate suspectus allega. 314. ri pōt, Cou. prac. d. c. 26. per tot. & inf. n. 317. ¶ Excep- piuntur Papa, Imperator, & Principes se priorē nō recognoscentes, Steph. Aufr. ii. de recus. nu. 6. car. 66.

cum in eis esset omnis suspicio, l. i. ff. ad l. iul. de ambitu, & ita scribit D. Dec. resp. 26. nu. 1. uol. 1. & ratio rationis est, quia super illos non est aliquis ad quem possit recurreri, nisi solus Deus, & infra dicā, & dixi,

315 nu. 234. p. 1. † Quia de re persone, quae possunt recu fari, sunt infra scriptae. Cardinales Illustrissimi, ac Legati à latere recusantur, prout sentiunt Dec. in c. nouit, num. 3. de appellat. Boer. decis. 269. nu. 5. Roland. d. consil. 19. nu. 17. & Dec. d. resp. 26. nu. 14. intellige circa negotia foranea, & controvæsias iudiciales.

Senatus similiter & totum Parliamentum, Synodus & Vniuersitas, Règius Magistratus æquè suspe cti allegari possunt, ut ostendunt Dec. & Boer. in d. c. cum speciali, nu. 359. per tot. Por. Imo. consil. 91. nu. 14. & per tot. uol. 3. & etiam Conciliū Provinciale (non Oecumenicū, nec Synodus uniuersalis) potest recusari ex iusta causa, ut testatur Rip. in c. 1. de iud. cui adharet D. Men. Praes de arb. iud. cas. 458. n. 3. idem in consil. 94. nu. 7. li. 1. & Imo. d. consil. 91. dicit, q̄ potest allegari iuspectus Vicere Neap. & per con sequens, quod intelligitur allegatus suspectus ipse cū toto regno, & ideo ciuitatum illarum Iudices abstine re debere à iudicando censem Lanc. de atten. in 2. p. c. 6. tit. post recusationem, nu. 36. & seq. fol. 159. & est pulchrum consil. D. Men. resp. 2. inci. cause Finarien. nu. 90. & 91. idem consil. 94. uo. 1. Nam quād caput dolet, omnia membra languent. Doctores quoque oēs ciuitatis suspecti allegari possunt, uidelicet unius Collegij, ut fuisse obseruatū testatur Alb. in 2. p. sta tu. q. 101. quod esse magnum dictum censuit Rol. d. consil. 19. n. 16. contrariū sentit Bal. in l. hoc modo, ff. de cond. & dem. Dec. in c. 2. col. 7. ext. de iud. qui di cunt, q̄ contra allegantē totū corpus uniuersale seu totū collegiū p̄sumptio est, q̄ recusans p̄ fraudē, seu affectatē suspicione allegauerit, tñ cessāte fraude non est dubitadū, q̄ n̄ recusari possit, c. cū cessāte, de app.

316 † Sed hic quāro, si duo vel tres de collegio fuerint recusati, an totum collegium censeatur recusatum? est materia. l. inter pares, vbi Bart. ff. de re iud. & te neo quād non, quia recusatio est odiosa, d. c. cum spe ciali, vbi Can. de app. & odia sunt restringenda, l. cū quidam, de lib. & posthu. c. odia, de reg. iur. in 6. Sed tres Doctores faciunt collegiū, vt dixi in repet. prac. de test. Igitur s̄o cum opinione Bero. qui hanc que stionem in terminis pertractat in consil. 16. in causa,

317 lib. 3. † Item de Iudicibus delegatis locutus est etiā Dec. in c. postremo, nu. 1. de app. imò in illis non cē setur sublata reculatio, et si Princeps ex certa sciētia committeret causam, nā intelligitur nisi à parte fuerit allegatus suspectus; Nat. consil. 174. n. 4. & D. Men. de arb. q. 54. nu. 12. & 13. & si causa esset delegata cū clausula, suspicione remota, intelligitur defruola, vt post Spec. Ant. de But. Ias. & alios dicit Nat. consil.

318 consil. 247. nu. 1. vo. 1. † Quinimò paetūm non vale ret, quod Iudex nō possit allegari suspectus iusta cau sa superueniente, tanquam contra bonos mores, l. stipulatio hoc modo concepta, vbi Bar. de verb. obl. & de pluribus iudicib. simul delegatis loquitur Coua. prac. c. 26. vbi distinguit an sint in solidum, vel aliter obligati: illo casu recusatio vnius impedit alios, hoc casu non: sic videmus quod auditores Rota vno recusato, alij, quib. subrogatus est alteri, procedūt, nisi forte tota Rota recusaretur, Nam qn̄ est data iurisdi ctio Vniuersitati & non particularibus, vt Collegio, Rotæ, & huiusmodi dignitati, tunc dicitur in solidū data, vt declarat Vat. de null. ex def. iur. n. 176. & seq.

Et supradictæ persona possunt recusari, etiam si re cusatus esset valde integræ bonitatis, & religionis, & in magna dignitate constitutus (vt ampliat Excell. D. Monard. consultor) quorum fauore à regulis iuriis communis recessimus, Dec. in c. postremo, n. 10. de app. Rol. d. consil. 19. nu. 18. decis. Genuæ 27. nu. 9.

319 Dec. d. consil. 26. nu. 3. † Nā huiusmodi optimæ qua litates, vtputa religionis, & vita timoratæ quamvis tollunt suspicione, ramen septies in die eadī iustus, & in terminis post Nat. consil. 174. nu. 9. li. 1. trad. Bur sat. d. consil. 21. nu. 22. & ita respondit Rol. d. consil. 19. nu. 16. & oportet et quod isti Iudices essent nedū val dè religiosi, sed etiam Monachi Cistercienses, vel Car tusienses, † quibus etiam conceditur iudicere in causis proprijs, vt post Spec. & Ias. scriptis Rol. in se 320 p̄ citato consil. 19. nu. 10. † At vbi agitur de præsum dicio tertij, cessat presumptio illa, quod quis presu mitur bonus ita egregie per Nat. d. consil. 174. nu. 9. vo. 1. ad quam reg. vide D. Menoc. de præsum. Sed negari non potest, quin integritas & probitas persona, pariant mirabiles effectus in Iudice, in teste, in mercatore, in Doctore, in Medico, & alijs de qui bus per Tiraquel. de p̄n. temp. latissimè in cau. 51. Nam mala primò aspectu non sunt mala in vno probo, 1. p. num. 141. & de test. p. 4. num. 28. lit. L.

Præterea si persona his infignibus qualitatibus præditæ non possent allegari suspecta, sequeretur ab surdum, quia non daretur appellatio ad Principem, contra tit. ff. de off. deleg. imò, quod plus est, appellatur in controvæsia à Concilio, vt per Cano. in c. in multis, 17. dist. multò magis proponi potest recusatio, cum de vno ad alij lícite argumentatur Dec. d. resp. 26. nu. 16. Van. de null. ex def. iuris. ord. nu. 143. vbi aequiparantur recusatio & appellatio, quoad iuri s̄i dictionē suspendendam, per iura ibi per cū addu.

Huic proxima est allegatio incompetentia, glos. & DD. in cle. 1. C. de seq. poss. & fou. Fel. in c. ex parte, de off. deleg. trad. Bat. in l. exceptionem, ad fin. C. de excep. Quae incompetentia opponi potest in quo liber Magistratus, vt Florentia determinatum fuit ex rescripto Ducali, (& Iudex incompetens allegatus declarare potest se competentem, Vant. de null. ex def. iuris nu. 13. secus si est recusatus suspectus, quia cognitio suspicionis ad alios spectat, praet. Pap. in fo. libell. declinator. glos. Spec. col. 2.) die 24. Martij, 1600. quā à tribus DD. Iudicibus Rotæ cognosci deber. Et de Iudice ordinario & maiori magistratu non est dubitandum, quin non possit allegari sus pectus, Conarru. pract. d. cap. 26.

Si ergo persona huiusmodi nominata, quae sunt egregiae, imò Illustrissimæ, possunt allegari suspecti, quis profectò affirmare audebit, q̄ alij Iudices inferiores, & Pedanei, de quib. sati locutus sum in pra. de test. nu. 83. cū seq. p. 5. nō possint allegari suspecti?

322 † At Dij boni quantò magis reculari poterunt Notarii auctorum, & alij, vt Cancellarii in statu Sereniss. D. meis, qui vice notarii auctuarij funguntur? & de huiusmodi in specie locutus est Bald. in l. apertissimi, §. 1. p. 1. C. de iudic. relatus à Lanfran. in c. quoniam contra, nume. 6. vbi latissimè materiam hanc recusationis explicat, de probat. Dec. in d. capit. postremo, nume. 2. in fin. de appellat. & nouissimè A sin. pract. §. 14. capit. 26. & in individuo Boer. decisio. 258. numero 7.

323 † Simili modo de executoribus sentiendum est, vt tenet Dec. in c. nouit. num. 6. & 7. de app. qui possunt recusari, quando possunt inferre grauamen, se eas de executore nudi facti, quod dictum exornat Caualc. decil. 28. nu. 95. p. 2. conueniret magis ijs resi stentia, quam recusatio, vt dixi latè suprà in 2. p. fecit per tot. & inf. in 4. par. num. 263. & 689.

Veruntamen inueniuntur quidam tam interessati, qui renunt abstinere eum recusati fuerint, & ex eo magis augeretur suspicio, sed Senatores, qui domini um Reipublic. repræsentant, quinimò Dux ipse libenter se abstinent, nedum quando existimant posse ex aliqua causa recusari, vt Genuæ vidi, absq̄uo 324 illo indignationis signo, † & de iure Iudex recu satus

satus suspectus, quando votatur, non debet interesse, etiam si votum suum non det, Capic. decisi. 138. nu. 5. inf. nu. 338. Quinimò etiam summus Pontifex, vel Imperator, qui non valent allegari suspecti, vti Papa, & vt Imperator, vt supra diximus, tāquam Iudices in contouersiis litigantium, vt in magnis causis feudalibus, & status; iusta recusationis causa subsistente, solent ex honestate date Iudices non suspectos, & causam alteri delegant, vt post glos. in c. nullam, 2. q. 5. & per alia iura concludit D. Men. d. consil. 458. nu. 59. & 69. & d. consil. 94. nu. 12. vol. 1.

325 † Est tamen verum, quod si recusatio sit notoriè frustratoria, affectata vel falsa, ijs tribus de causis (maximè in criminalibus) reiecta, non impedit Iudicem, quo minus ad vteriora procedere valeat, vt per Iom. & Franc. in d.c. cum speciali, qu. 33. Lap. alleg. prima, nu. 362. & alios, quos adducit Laic. de attent. d. tit. post recusationem, 2. pa. c. 6. fol. 158. nu. 24. Sicut ex præceptis notoriè iustis & licitis causa suspitionis cessat, quia dubitandum non est de iniustitia, vbi euidenter apparel de iustitia, & écotra, Tiraq. tract. causa cessat. nu. 227. & 246. & exceptio notoriè triuola dicitur, & tanquam temeraria ipso iure & facto rejcienda, §. 1. & 11. q. 1. c. Canones 6. q. 1. Bertaz. in ver. recusatio iudicis, ver. 4. & facit, in arg. c. 1. de off. iudic. odin. quæ tamen cessant in Notariis actorum, qui semper præjudicare possunt etiam in exemplando processus, & sententias, salua pace honorum, quælibet enim scriptura debet carere omni suspitione, Bal. in l. 1. C. de relat. & eis saltem est danus adiunctus, quando sunt Notarii ordinarii Banchi Poteſtatis, Nat. consil. 152. num. 6. lib. 1.

326 † Supradictam verò regulam vniuersalem, vni ca tantum ipse limitatione perstringam, vt nec Iudices, nec Notarii valeant recusari, quando communis consensu partium sunt electi. per reg. vulg. Brocardicam, quod approbo, non improbo; de qua locutus sum in pract. de test. par. nu. 91. pulchrit in terminis Aſin. d. pract. §. 14. cap. 8. nu. 5. sublimita si noua non supercuererit causa, Lanc. vbi supra n. 15. & 60.

327 † Nunc de ipsa recusatione proponenda dicendum est, & in primis illa deducēda est oretenus statim, & post in scriptis ad instar appellationis, iuxta no. per Rol. d. consil. 19. nu. 18. vt dicit D. Monar. nu. 37. sed non debet deduci in forma libelli, Tolos. decisi. 110. nu. 5. & ante litēm contestatam est materia, Lapertissimi, C. de iud. At potest de consuetudine in qualibet parte iudicij deduci iusta causa subsistente, ar. l. de aſtate, §. ex causa, ff. de inter. aſt. l. si iure, ff. de re iud. glos. in d.l. lapertissimi, C. de iud. Sicut dicitur 328 de appellatione, quæ in omni actu præjudiciali interponi potest, Lancel. de attenta. 2. p. c. 6. tit. post recusationem, nu. 1. & 60. † Sed nu. 49. limitat non esse verum si proponatur causa iam instructa, idem Fran. in d.c. cum speciali, 2. concl. sublimitando quādo causa non est noua, & quando causa est corā illo 330 Iudice, à quo datur appellatio. † Sed quid si trad. tis motiuis à Iudice cōtra alteram partem? teneo quod nō, quia dicitur recusatio affectata, ar. §. tria oneratu telarū, Inst. de excus. tut. & hæc nō est causa sufficiēs.

An autem si per solam allegatam suspicionem, ille qui recusatur nolit abstinere, & presumat non posse recusari, an inquam iste articulus sit consilio sapientis mittēdus? resolutiū teneo quod non; ex quo recusatio sola & simplex nō potest prohiberi, l. si plures, de testa. tutel. l. Imperatores, ff. de priuile. cred. & recusatio sola non requirit causæ cognitionem, ar. l. 4. §. duas, ff. de damn. infect. Et sicuti Iudex non potest appellare à dicta recusatione, ita nec committi debet articulus, quia si de quo magis, ergo de quo minus, text. & ibi DD. in auth. multò magis, C. de 331 Sacrosanct. Eccles. & à decreto † suspicionis non

datur appellatio, Carauit. Rit. 265. & vide Io. Ant. de Nigr. super constitut. regn. c. 217. & appellatio, & recusatio à pari procedunt, Ro. consil. 220. num. 4.

Redeundo ad proponendam recusationem, est aduertendum, quod in illa debet exprimi vnicō contextu causa iusta & legitima, per quam Iudex aut Notarius iure merito recusat, pariter exclusi remaneant à di. iudicio, vel ab ea causa, & lite, D. Menoc. de arb. cas. 458. num. 12. & sentit D. Dec. d. conf. nu. 15. & debet recusatio proponi infra tempus, quod datur ad recusandum, ad trad. per Dec. d.c. cum speciali, num. 2. Caual. d. decisi. 28. num. 98. cum sequ. & 332 num. 104. vbi vnum notatu dignum dicit, † nempe quod Iudex allegatus suspectus poterit assignare arbitris electis terminum ad terminandam & probandam suspicionem, cum poena & declaratione, q̄ dicto termino transacto procedet ad vteriora super meritis, & ad poenam, vbi ita iudicatum dicit. Terminus autem esse debet, vt statim cognito per partem, quod Iudex sit suspectus, & ita scit, & potest rutta conscientia iurare, sic allegat, recusat & iurat, quod sufficit pro expressione causa de iure ciuili, Rol. d. consil. 19. nu. 14. consil. 31. in fin. vol. 3. Cor. memorial. in verb. iuramentum probat, ver. & idem de suspicione, secus de iure Canonico. Et iuramentum hoc venit appellatione probationum, Ant. de Pet. tract. de iuram. effect. 72. ver. duodecimo, & est tanti effectus, vt aduersus illud nulla recipiatur contraria ad 333 uersarij probatio, Men. de arb. iu. cas. 202. n. 36. † et operatur vt apposita recusatione cum iuramento, statim iudicis iurisdictione suspendatur, Pur. decisi. 380. nu. 5. li. 1. & omne exercitum iurisdictionis cessat, Mille. in ver. iurisdictione sicut, fol. 194. Cor. cōs. 247. col. 1. vol. 1. Dec. consil. 275. col. 1. Van. de null. ex def. iur. or. numer. 140. Rot. decisio. 84. vbi distinguit & Couarr. pract. q. cap. 26.

334 † Præterea si causa principalis agatur per Procuratorem, oportet vt habeat speciale mandatum ad recusandum Iudicem, vt per eundem Rol. consil. 19. nu. 2. & recita. D. Cau. dec. 28. nu. 108. p. 2. Rebu. tra. de recus. ar. 1. gl. 1. nu. 1. vo. 3. & si suspicio non fuerit allegata per procuratorem, adhuc allegari poterit per eius principalem; & ratio, quæ vrget pro principali utique vrget pro procuratore, & econtra. Vnde tantum est quod principalis habeat causam suspicandi, quantum eius procurator & econtra, maximè postquam effectus est dominus causæ per litis contestationem, Marant. de ord. iud. p. 4. dist. 16. nu. 35. Rot. Ro. in nouiss. de procur. decisi. 2. Aſin. pract. §. 2. c. 13. n. 1. & quod suspicio non allegata à procuratore possit allegari à principali. tradit Lanc. de atten. lir. de re cul. 2. p. c. 6. n. 60. ui. quoq; Cor. tra. de pret. ti. de exc.

Recusatione seu suspicione Iudicis legitimo modo allegata coram eodem Iudice, litiis † deinde causa sunt probanda coram arbitris eligendis, iux. formam, quam trad. D. Cau. d. dec. 28. nu. 102. & seq. & nu. 97. vbi allegat Auffre. de recus. nu. 3. car. 65. Dec.

336 in d.c. cum speciali, n. 2. † & sententiam latam per eos super causa principali ipſe metit Iudex executioni mandabit, à qua executione si appellatum fuerit, appellatio non deuoluitur ad Iudicem recusatum, sed ad Iudicem appellationū: hæc colliguntur ex Oria. in d.c. qm̄ contra, §. recusatione, iux. pract. iuris ciuilis, teste Roch. in sua pra. de recus. † De iure autem Canonico alia forma seruatur secundum Roch. vbi sup. Nā allegata causa exp̄r̄sæ suspicionis legitima, quæ si vera esset Iudicem à iudicando repellere, eligitur arbitri ad effectum tantum cognoscendi de causa suspicionis, c. cum speciali, & c. 2. de app. vbi Can. et probata causa legitima, causam principalem alteri iudicandam committunt; si verò causa nō fuit probata, vel legitima non fuerit, tunc Iudex pro-

- cedet. At si arbitri non erunt concordes in procedendo super d. recusationis causa, Iudex recusatus procedet, facta prius monitione. Sed reuera adhuc suspicio viuit, & factum, seu discordia arbitrorum parti prae iudicare non debet, l. pater familias, de hær. inst. quae de re bonum est vel tres arbitros eligere, vt si duo conueniunt actus valeat, vel superior adeudus est, vt di-
338 cit Lanc. vbi sup. nu. 57. cum seq. † At in Notariis actuariis non est necesse causam suspicionis inferere, sed sat est præstare iuramentum: ita consuluit Anch. cōs. 264. refert Cag. in l. librarius, nu. 50. ff. de reg. iu. & Ale. in cōs. 104. nu. 3. in fi. vol. 5. dicit, quod in Notario consultore & procuratore militat dispositio, l. apertissimi, C. de iud. quæ non requirit cause expressionem, sed iuramentum sufficere. Præterea dū causa suspicionis cognoscitur, Iudex nequaquam debet esse præfens. Car. Alex. in c. cum speciali. col. 12. de app. alleg. à Caball. milleloq. 865. in 2. p. vbi ita tene-
re Ant. de But. ait in c. nouit. de iud. d. Dec. 138. nu. 5 & ita practicatur, ne reuerentialis timor suæ causæ cognitionem impedit. vide supra numero 324.
339 † Si verò Iudex allegatus suspectus moriatur, successor poterit iudicare, c. cum cellulante, de appell. & si cause pendeat relatio coram Senatu, poterit Iudex successor statuere terminum parti ad reportandam resolutionem, vel moratorium, ne causa inexpedita remaneat, iux. præct. l. properandum, C. de iudic.
340 † Sed pone quod causa nequeat expresse allegari, aut probari nisi cum scandalo, & periculo; tunc recurrit ad superiori omni tueri via, coram quo facta fide ipse mādabit vi causa alteri committatur, vide tamen Aufret, circa hoc, d. trac. de recus. nu. 67.
341 † Queritur modo si Iudex allegatus suspectus non sit se abstinere, nec permittere, vt cognoscatur super ipsa recusatione, an processus sit nullus, vel nulla sententia, stante dicta suspicione allegata? & Doctores communiter tenent quod non, nisi per recusantem fuerit appellatum, Can. in d. c. cū speciali; Ant. Gab. concil. 5. li. 2. ti. de iud. Are. in §. ergo siquidem, nu. 3. Inst. de fide hær. Paris. cons. 31. nu. 88. vo. 1. Neuiz. cons. 36. in prin. Vant. de nullit. ex defec. iurisd. ord. nu. 140. Gigas cons. 91. ver. nec prodest aduersario, pag. 119. vbi hanc esse com. sent. Bertaz. cons. 8. li. 1.
342 † Nec sufficit appellatio, nisi fuerit prosecuta, alioquin sententia non poterit dici nulla, Gigas cōs. 83. vers. præterea, pag. 113. Qui in vers. seq. incip. quinimodo, absoluē & intrepide teneret, quod talis sententia non possit dici nulla post recusationem, nisi petita esset electio arbitrorum, & deuentum ad eorum electionem, Cap. l. Tolos. q. 479. nu. 4. Contrariū de appellat. non prosecuta tenet Lanc. 2. p. c. 6. ver. si post recusationem, nu. 17. & ita iudicass. Rotam dicit. Et pendente recusatione, Iudex nulliter iudicet, filij. in c. caterum. nu. 11. de reser. Causal. decisi. 24. nu. 8. p. 1.
343 † Quarto etiam si pater, aut filius, vel gener Iudicis sit adiudicatus in d. causa, an sit legitima occasio recusandi Iudicem? & arguendo à sufficienti partium enumeratione, non videtur hæc causa comprehensa inter alias causas iusta recusationis, quod argu. valet per iura, quæ adducit Euerar. in sua cent. loc. 51. facit tex. in l. nam ad ea, ff. de leg. & ita tenet Lanc. de att. 2. p. c. 6. nu. 40. fol. 139. & Alba. cons. 92. nu. 2. vo. 1. nisi alia adminicula concurrant. Sola vero causa suspicionis adducta non sufficit Dec. in c. causamque, nu. 2. de off. de leg. Lancelot. co. tit. num. 7. & 8.
344 † Causa verò legitimæ recusationis iusta multa enumerantur à Doctoribus suprà citatis, & inter alias recusationum causas hæc non est omittenda, quando Iudex est personaliter petitus à parte, & concessus, Bertaz. cons. 8. nu. 4. li. 1. & in hac materia recusationis prosequere, quæ hic desunt apud pra. Pap. in for. lib. declinat. glo. nec fuisse Iudicem, per tot.

alia est potissima causa scutitæ, asperitatis Iudicis nimia, ex qua magis odium arguitur, quam zelus iustitiae, vt pulchre declarat Dee. de delicto. 1. li. 3. tit. inimicitiae causa, Meno. præf. 170. 4. li. & præf. 45. li. 5. & Roch. in præc. rub. de recus. Iudicis, adducit causas 33. Marant. in præct. enumerat causas 40. in 6. p. n. 1. 14. p. 2. recenset causas 84. Sed vt ingenuè fatear, habent omnes ortum ab istis quinque dunitaxat fontibus, & sunt amor, odium, pretium, timor & ignorantia; quia in ijs, & ab ijs pendent omnes aliae causæ suspicionum, mediatè aut immediatè, ad hæc vide Fran. in c. postremo, de app. & Lanfran. in d. c. quoniam contra. ver. recusationes, de probat. & Capyc. decisi. 137. & 138. Et ijs finis impositus sit tertiae partis ad laudem Dei, & sub correctione semper.

PARTIS QVARTAE.

SUMMARY.

- 1 Index liberi arbitrij cuncta diligenter examinare debet.
- 2 Injustitia vera qualiter depingitur.
- 3 Index rigorosus in procedendo, æquus in sententiando.
- 4 Index in dubio mitiorem partem sequitur.
- 5 Inuria eadem respectu unius dicitur atrox, respectu alterius non.
- Index in atrocioribus delictis pronus ad condemnandum.
- 6 Executio sententiae maius damnum affert captura, tortura, & sententia ipsius.
- 7 Rigor & crudelitas differunt.
- 8 Iudicis crudelis proprietas.
- 9 Indices caueant ne in iudicio aliquid dicant, quod vulgo iniquum videatur.
- 10 Arbitrium liberum an importet, quod standum sit declaratoria indicis.
- 11 Quibus ex causis quis sine accusatore damnetur.
- 12 Pœna simpliciter intelligitur de corporali.
- 13 Pœna capitalis triplex, nu. 17.
- 14 Verba in dubio secundum subiectam materiam intelligenda.
- 15 Statutum de amputatione membra, intelligitur de manu.
- 16 Statutum loquens simpliciter de pœna capitali, intelligitur de minori.
- 17 Pœnarum septem species.
- 18 Pœna quæ non sunt hodie in usu.
- 19 Pœnarum hodie duo membra omnes species comprehenduntur.
Blasphemi pœna erat mortis.
- 20 Pœna blasphemie quæ hodie est in usu.
Pœna mortis corruptiis Dei, ac Sanctorum imagines.
- 21 Pœna mortis quinque species assignantur.
- 22 Iudei à fide auertentes nos contribules, & heretici cum comburendi.
Pœna mortis quæ hodie est in usu.
- 23 Consuetudo præstat uim statutorum formam transgreendi.
- 24 Confiscatio bonorum in pœnis arbitrariis, an venire possit.
- 25 Confiscatio bonorum quando locum habet.
- 26 Confiscare bona an propter arbitrium liberum licet.
- 27 Confiscatio bonorum quibus modis sit.
- 28 Index habet arbitrium in pœnis arbitrandis loco pœnarum, quæ in desuetudinem abierunt.
Pœna commensuranda delicto.
- 29 Pœna variatur pro temporum diuersitate, & qua de causa.
- 30 Injustitia constans, quomodo fit inconstans.

- Legis intellectum sufficit scire sine causa, quia lex facta est:
- 39 Banire, vel relegare extra Provinciam an licet, et de forma huic bani.
- Exulatus a loco delicti, intelligitur exulatus a patria.
- 40 In exilium bannitus ad tempus, ei compensatur tempus morae post condemnationem.
- Exili tempore non determinato, intelligitur per decem annos, si dictum sit ad tempus: at si simpliciter, intelligitur perpetuum.
- 41 Exilium ad beneplacitum an transeat beneplacitum ad Indicem successorem.
- Beneplacitum quantum durat.
- 42 Exilium frangens qua puniatur pena.
- 43 Pena ferè omnes de iure civili per statuta sunt commutatae.
- Cum statutum loci inferioris non loquitur, recurrunt ad statutum loci superioris, & in subsidium ad Principum Constitutiones, demum ad ius commune.
- 44 Leges Principis dominantis sunt loco Iuris communis.
- 45 In pena arbitranda quibus considerationibus adhibendis.
- 46 Qualitas aggrauans delictum in accusatione non inferta, sat est quod in processu saltē incidenter nominetur.
- Inquisitiones cur debent formari cum narratione facti.
- 47 Sententia in criminalibus an necessario debeat esse conformis libello.
- 48 Qualitas scientiae à quo probanda.
- 49 Qualitas ignorantiae an excusat.
- 50 Ignorantia quando non excusat, quid in herede, quid in tutori, tam in civili, quam in criminali, quid in contractibus, num. 42.
- 51 Scire vires testamenti dicitur, qui scit testamentum factum fuisse, & cogitur de suo interesse.
- 52 Scientia in quibus presumitur, quid de ignorantia, quid in facto proprio, & quid in alieno.
- 53 Receptans bannitum an excusat, supra num. 39.
- Proclama an afficiat absentes.
- Statutum in uno casu quando non extenditur ad alium casum similem, 44.
- 54 Statutum de diffamato qualiter intelligendum, an extendatur ad non diffamatum.
- 55 Extensio an fiat in penalibus, & correctoriis, 47. 48. 49. & seq. & 86. in fin.
- 56 Extensio non fit ubi eadem est ratio.
- Receptans delinquentem diffamatum, an magis penae obnoxius sit, quam receptans non diffamatum, sed uero delinquentem.
- 57 Dispositio odiosa & exorbitans quando de uno casu ad aliud c. sum transit.
- Dispositio antiqua quando per nouam declaretur.
- 58 Ratio statuti est attendenda.
- Delictum publicum magis aggrauat, quam occultum, 40.
- 59 Verba ubi non conueniunt, nec dispositio.
- 60 Mala exempla esse evitanda.
- In penalibus quando non est recendum à proprietate verborum.
- 61 Casus similis non comprehenditur in statuto, quando de illo licet quicunque alius statutum, & 52.
- 62 Diversitas in iure, & ratione, diversificat iudicium.
- Casus omissus non venit in eadem dispositione, quando per alteram dispositionem comprehenditur non omissus.
- 63 Statuta duo diversam penam dicuntia pro eodem delicto, qualiter intelligenda.
- 64 Excusationum casus contingentes.
- 65 Nobilitas an & quando excusat delinquentem.
- 66 Pena homicidie qui ex proposito deliquerit.
- 67 Assassiorum pena.
- Famosi latrones qui pena puniuntur.
- Pena furum, item fraudatorum, falsariorum, sortilegiorum, libelli famosi, infra libelli famosi.
- 68 Consuetudo seruanda in penas imponendis, vide in prima par. num. 32.
- Pena an loci delicti, vel iudicij sequenda, numero 125.
- 69 Delinquens qua pena puniendus.
- 70 Pena fugientis è carcerebus.
- 71 Pena destructionis in Monasterium.
- 72 Pena ultimi supplicij quibus verbis comprehensatur.
- 73 Cautela ut in penis tollatur dubietas.
- 74 Pena in arbitriis an usque ad mortem inclusa.
- 75 Pena à statuto taxata, & ultra arbitrio iudicis, quid hoc importat.
- 76 Statutum imponens penam amputationis manus, uel aliter, qualiter intelligendum.
- Pena alternative in statutis una expressa, altera non, quid iuris.
- 77 Arbitrium liberum & absolutum, non potest facere delictum non capitale, quod sit capitale.
- An de non delicto delictum.
- 78 Pena omnis hodie cur arbitraria censeatur.
- Lex Hydie de pen. an habeat locum.
- 79 Pena corporis afflictiva, quando, & per quem ex duabus semiplenis probationibus imponitur.
- Duae semiplena probationes quando coniunguntur.
- 80 Probationes diuersorum processuum, an coniungantur.
- 81 Indicia diuersa quando coniunguntur, vide in verb. Acta. & in verb. Processus.
- 82 Probationes minus perfectae ob difficultatem an sufficientiant.
- 83 Probatio non plena, quando pro plena habeatur.
- 84 Iudicium soli non est credendum, & an ex sola conscientia possit iudicare.
- 85 Index ob liberum arbitrium an valeat non seruare penam expressam à statuto.
- 86 Clavis ex certa scientia, & non obstantibus quid operentur circa penas imponendas.
- Delicta quando mutant substantiam.
- Index quando non tenetur seruare statuta, numero 78.
- 87 Index potest de duabus penas eligere quam malit.
- 88 Iudicem habere propitum querendum est.
- 89 Causa ob quas penae minuenda sunt, multe enumerantur.
- Auxiliū indignus est, qui in auxiliatore delinquit.
- 90 Affectione an minuat penam.
- 91 Doloſus aliter punitur, quam delinquens casualiter.
- 92 Multitudo an operetur minorari penam.
- Multitudinis quot hominibus constet.
- 93 Confessio spontanea an proſit quoad minorandam penam, quid si primo negavit, & postea confessus est.
- 94 Pax aut remissio an minorent penam.
- Consuetudo an & quando excusat à pena.
- 95 Causa ex quibus penae sunt augendae.
- 96 Statutum penale in domo an habeat locum in scalis, quid in portico, curtili, ostio & horto, 87. & 88.
- Extensio an in penalibus fiat adhuc pendet decisio.
- 97 Domus ex quibus constare dicitur, & quid veniat appellatio domus, 88.
- Scala an & que comprehenduntur in domo.
- Delictum factum in scalis, ostio, portico & curtili, numero 86.
- 98 Hortus & area, uelque porticus an comprehendantur in domo.
- Dispositio quando aliter interpretatur, quam verbigerant.

Delinquens

- 89 Delinquens in porticu propè domum, an dicatur in domo.
 90 Delictum factum in apotheca an dicatur factum in domo.
 91 Delictum factum in itinere, an dicatur factum in via.
 Delictum factum in mari, vel insula, quomodo punitur.
 92 Statutum de rapiente pueram de domo, an extra & prope domum locum habeat.
 Exculpatio pueræ raptæ an profit raptoris.
 Raptor pœnitens an excusat.
 93 Statutum de coniugio, vel de insultu ad domum, qualiter intelligendum.
 94 Scandali causa augetur pena.
 95 Malum exemplum nequit tolerari.
 Nomina testium cur reticenda.
 96 Pœna augetur ratione temporis.
 Principium an finis in pœnalibus attendatur.
 97 Pœna grauior fit ratione persona offensæ.
 98 Pœna qualiter ratione animi & modi augetur.
 99 Delicta recentia grauiori pena puniuntur.
 Delicta reiterata pariter.
 100 Pœna augetur propter negationem.
 101 Index in augendo vel diminuendo penam, debet exprimere causam.
 102 Sententia sine expressione causa an teneat.
 103 Pœna una quando facit cessare alteram.
 104 Statutum quod procedatur de similibus ad similia, qualiter intelligendum, 116.
 Delinquens si non est capax penæ quid agendum, numero 120.
 105 Statutum unum an corrigat alterum, & quando, 108.
 Correctio in dubio non presumitur.
 106 Nemo duplice pena grauitur.
 Fiscus tenetur probare utraque penam reum fore plenum.
 107 Pœna plures quando concurrunt, supra numero 104.
 & 105.
 108 Pœna maior an & quando facit cessare minorem, sup. n. 104.
 Statutum per quod pena debet duplicari, qualiter intelligendum.
 109 Index in penis imponendis quid servare debet, numero 115.
 110 Penis statutariorum nimis leuibus, debent grauiores arbitrari.
 111 Statuta duo, vetus et nouum quando extant, quodnam attendendum.
 112 Pœna antiqua per legem nouam correctam, nihilominus accusatio procedit ex lege antiqua.
 Pœna statuti noui facit cessare penam iuris communis.
 113 Pœna alternativa cuius est electio, & seq.
 114 In penis capitalibus electio non credit reo.
 Index in penis alternativis quam eligere debet.
 Pœna non sunt alternativa quando statutum indicit primò penam corporalem, vel postea pecuniariam, & econtra.
 115 Delictum nomen assumit à qualitate criminis.
 116 Pœna semel electa an sit locus penitentiae.
 Appellatione sim plicer pœna arbitrarie, an solum de pecuniaria intelligatur.
 Index quando loco pena corporalis possit imponere penam pecuniariam, & econtra.
 117 Index Brachii Regij an possit imponere penam ex suo arbitrio confisicationis bonorum.
 118 Confisatio bonorum duplex.
 119 Testis an & a quo citari possit sub pena confisicationis bonorum, quid in reo.
 120 Pœna fisco applicanda an possit per indicem superiore remitti.
- Reus qui non est capax vii penæ, quomodo punitur in alia pena, sup. n. 105. & 121.
 121 Statuto dicente quod delinquenti amputetur manus, quid si non habet, num. 122.
 122 Prægnantia qualiter probatur.
 Pœna exponentium infantes.
 123 Pœna tempore delicti, an vero tempore sententie sit imponenda, si statutum mutetur.
 Adiectione vel diminutio penæ, quo tempore fienda.
 124 Pœna ut cuitetur attenditur initium, supra 96. infra 124. 148.
 125 Pœna loci originis, aut domicilij, vel loci delicti, supra num. 58.
 Statuta in materia penal i, quæ sint attendenda.
 126 Pœna forensi delinquenti in forensem, quæ sit imponeenda.
 127 Subditus qualiter puniendus, distinguuntur multi causas, sup. n. 125. & 126.
 128 Forensis delinquens in forensem, quali pena punitur, sup. num. 126.
 Forensis ob delationem armorum prohibitorum, quando puniri potest: etiam ferrens pertransiundo.
 129 Delinquens in aliena iurisdictione contra eam forensem, si punitur in altera iurisdictione, ubi nullo modo forum sortitur, qua pena puniendus.
 Cognitio extraordinaria penam exposcit extraordinariam.
 130 Iurisdictionis qualiter prorogata dicitur.
 131 Delictum commissum in confinibus, qualiter puniri debet.
 132 Iudicibus ex pluribus quando eodem tempore quilibet possit pro eadem causa procedere.
 133 Delinquens in exercitu quomodo puniri potest, & a quo Iudice.
 134 Delinquens si non sortitur forum ratione originis, domicilij, aut delicti, quomodo & a quo Iudice possit puniri.
 135 Tractatus qualiter & ubi punitur.
 136 Memoria rei in carcere mortui ante sententiam, an damnari possit: & quibus in casibus memoria defuncti damnatur: & de practica, infra numero 138.
 137 Accusatio contra defunctum infra quantum tempus proponenda.
 138 Practica damnandi memoriam defuncti.
 139 Filius iniuriam patris non portabit, qualiter intelligendum.
 Pater qualiter punitur in filium.
 140 Delicta quibus memoria damnari potest, & supra numero 136.
 141 Pœna non declarata contra authorem, an possit declarari contra heredem, inf. in 5. par.
 142 Paria sunt sententiam esse latam, vel reum esse convictum: de hac re infra numero 224. 225. 226. & sequentia.
 143 Pœna nunquid transeat ad heredem, si appellatio pente dente reus moriatur.
 144 Quid si post condemnationem ante executionem moriatur.
 Cadavera damnatorum an pro anatomia concedantur.
 145 Haeres an possit defendere mortuum indefensum.
 An possit renocare confessionem defuncti.
 An appellari possit.
 146 Accusatore mortuo an iudicium remaneat extitum.
 Fiscus succedit loco accusatoris.
 147 Pœna an sint multiplicanda, & quomodo, 150.
 148 Delictorum unus tantum finis est.

- 148 *Pena insultus, & armorum, confunditur cum pena vulneris, & quandoque non.*
- 149 *Delicta tot sunt quot delinquentes.*
Item tot sunt quot personae iniuriae.
- 150 *Quid circa res plures una vice exportatas.*
- 151 *In delictis attendatur quod principaliter fit, 148. sup. 124. & 96.*
- 152 *Vulnera plura uno ieiunata, an pro numero punienda.*
- 153 *Vulneris appellatione venit scissura, & qualiter.*
- 154 *Dentes appellantur arma, sed largo modo.*
Percussio tumefacta cum arma, si opus habet apertura vi mederi possit, an veniat appellatione vulnerum.
- 155 *Plures pro uno delicto, an & quando tenentur, 163.*
Text. §. si quis quinque solidos, de pac. tenet. declaratur.
- Soluenti pro sociis repetitio datur.
- 156 *Factum quando dicatur unum ex diversis actibus, vel quando plura facta censentur.*
- 157 *Sententia absolutoria, vel condemnatoria contra unum ex pluribus sociis, an aliis proficit, vel noceat, 158. & 159.*
- 158 *Delicta connexa qua dicantur.*
- 159 *Connexorum idem iudicium.*
Practica seruanda quando ex pluribus sociis criminis aliqui sunt presentes in carcerebus, alii absentes & fugitiui.
- Cautela procedendi cautè contra reos presentes, & absentes, vide infra nu. 163.
- 160 *Sententia quando contra unum ex pluribus ferri potest, sup. nu. 155.*
- 161 *Sententia lata contra principalem quando nocet accessorio.*
- Sententia lata contra homicidas, quando nocet heredibus occisi.
- Sententia lata contra principalem quando nocet possessoribus bonorum.
- Sententia lata contra seruum quando nocet domino.
- Sententia lata contra filium quando nocet patri.
- 162 *Sententia lata contra adulterum an noceat curatori.*
- Sententia in ciuilibus lata contra praesentem, non nocet tertio non vocato.
- 163 *Instituto uno, qui factus est delictum, quod non fecit, si delinquens venit in fortiam iusticie, an penam cuiabit, eo quia iam executa est in alium.*
- Pena contra innocentem ignoranter executia, an relahabit vere nocentem.*
- 164 *Innocens quamvis condemnatus potest semper audiri.*
Forma sententie contra baniitos contumaces.
- 165 *Sententia contra plures qualiter sit ferenda.*
- Plures delinquentes in uno factio interuenientes, an eadem, vel diversa pena puniantur, late tractatur, declarata nu. 184.
- 166 *Statutum Mantuae sub rubric. de homicid. declaratur, 174.*
L. quoniam multa facinora, C. de vi public. & privata.
- 167 *Agentes & patientes pari pena puniuntur, fallit nu. 180.*
- 168 *Operam rei illicitae qui dat, pena ordinaria plectendus, declarata sub num. 180. maximè cum potuit præuidere periculum, nu. 181.*
- 169 *Pena pro modo culpe cuique imponenda.*
- 170 *Pena est commenjuranda delicto.*
- 171 *Animo bastonandi tantum quis si occidat, an de occiso teneatur.*
- 172 *Inclusio unius ex his alterius.*
- 173 *Judex ordinarius secundum acta & probata iudicare debet.*
Dolo cessante cessat pena ordinaria.
- 174 *Paria sunt non esse, vel esse non posse.*
- 175 *Qualitas vulneris facit indicium contra illum, quita lia arma habet aptu ad illud vulnus. Bertazol. conf. 232. declaratur.*
- 176 *Animi mutatio non presumitur.*
- 177 *Statutum Mantuae de homicid. §. & intelligatur, declaratur.*
- 178 *Non dicitur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
Animus quandoque non sumitur ex qualitate armorum, quibus vitetur, Bald. in L. mandati, C. eo. declaratur.
- 179 *Statutum Mantuae de homicid. distinctè loquitur primo de doloso, secundo de culpofo, tertio de casuali.*
- 180 *Regula quod agens & patiens pariter puniuntur, qualiter procedit.*
- 181 *Bertaz. conf. 299. & 326. lit. A. vo. 2. qualiter intelligendus.*
- 182 *Lucri & damni non est pars ratio.*
Animus qualis cognoscitur ex circumstantijs.
Vnde etia indicatur ab animo, & animus à circumstantijs, & à qualitate iniurie.
- Vindicta animus non iudicatur à facto, sed à causa.
Causa quomodo ab effectu iudicatur.
- 183 *Bertazol. confil. 326. littera B. vo. 2. quomodo procedit.*
- 184 *Plures in uno facto interuenientes, quomodo puniendi.*
- 185 *Dyn. in c. in obscuris, de reg. iur. in 6. distinct. qualiter intelligenda.*
- 186 *Bertazol. confil. 327. in addit. littera B. vol. 2. declaratur.*
- 187 *Mandans bastonare, an teneatur de occiso.*
- 188 *Animus à facto indicatur, vide sup. nu. 182.*
Ictus scelopi est lethalis.
- 189 *Pena ordinaria locum non habet, quotiescumque res non est vere clara.*
- 190 *Res quando vere clara dicitur.*
- 191 *Signa & presumptiones valde urgent in quibusdam casibus ut pena ordinari. locus sit.*
- 192 *Consilium a se obligatorium.*
- 193 *Consilium ut obligetur, que requiruntur.*
- 194 *Consilens male, an per renocationem liberetur.*
- 195 *Cogitatio sola an sit punibilis.*
- 196 *Tractus solus an sit punibilis, 197. ubi requisita.*
- 197 *Ad actum proximum quando dicatur deuenitum.*
Tractus ut sit punibilis, que requiruntur.
- 198 *Compositio delictorum, à quo Indice fieri possit.*
Compositio pœnarum regulariter prohibita, & qua de causa.
- Exempli mali causa compositio non sit, immo maior pena imponit, nu. 235. & 236.
- 199 *Compositiones pœnarum quibus ex causis fieri licet.*
- 200 *Ad concordiam Princeps vel Iudex supremus cogere possunt.*
- 201 *Compositio pœnarum non sit sine voluntate Principis.*
- 202 *Compositiones pœnarum, ut laudabiliter fiant, que requiruntur.*
- 203 *Compositio pœnarum quo tempore est fienda.*
- 204 *Compositio cum quibus reis fieri licet.*
- 205 *Compositio fieri non debet, nisi prius concordata parte.*
- 206 *Compositio facta sine parte quod mala efficiat, & inconvenientia.*
- 207 *Compositio facta sine parte valet, sed pars reclamando auditur.*
- 208 *Compositionem qualiter sine parte facere liceat.*

- 209 Satis factio qualiter & quando facienda, numero 212.
210 Damnorum taxatione fienda standum est iuramento
damnum passi.
211 An si in iniuriarum capaces.
212 Inuria facta colono an dicatur facta domino, et an Col
legio, si fiat vni Doctori.
213 Index an propter compositionem vel impunitatem am
mittat salarium pendente processu, & ibi multa in
proposito traduntur.
214 Quid in aduocato:
Princeps potest remittere paenam, & sala
rium.
Principi reseruata non comprehendantur in generali
concessione.
215 Beneficium reuocare potest, qui est causa illius be
neficij.
216 Contractus ab initio sunt uoluntarii.
217 Voluntas Principis sufficit pro ratione.
218 Princeps non presumit uoluisse abdicare a se suam
potestate.
219 Delegatio continet solum cognitionem delicti, & non
ea, quae extra delictum uenivit.
220 Entis quod non est, nulla oritur obligatio.
221 Alteri per alterum non debet iniqua conditio in
fieri.
Salarium debetur Iudici quando non stat per
eum.
222 Ordo editus Mantua super salariis Iudicium & alio
rum.
223 Ordo Mantua & antiquus super salariis.
Salarium an debetur officiali preterito, uel successori,
& multa quotidiana explicantur.
225 Paria sunt aliquid esse, uel esse posse.
226 Verba in dubio sunt intelligenda cum effectu.
Impletum nil esse uidetur cum aliquid restat imple
dum.
227 Paria sunt non facere, uel minus legitime.
228 Ad questionem facti non respondet Iuriscon
sultus.
Testium multitudo est refrendanda.
229 Separatorium separatum est iudicium.
230 Publicatio processus an sit necessaria.
231 Officialis discedens ab officio ante tempus, an perdat
salarium.
232 Compositio paenarum pro quibus delictis fieri
licet.
233 Delinquentes quibus ex causis ueniam non me
rentur.
234 Delicta per quae quis ueniam non meretur.
235 Compositio paenarum ante finem cause, quanta ma
la & scandala parit, numero 237. uide infra num
ero 314.
236 Scandalis occasio non est danda.
237 Gratiam facere delinquenti non decet ante condemna
tionem.
238 Gratiam facere ad Principem spectat, iustitiam ad Iu
dicem.
239 Gratia inanis & immatura, inanem parit effe
ctum.
240 Delinquens semel ab uno Iudice punitus, an iterum ab
alio puniri possit. n. 273.
241 Mixti fori quae sunt.
242 In delictis mixti fori qualiter procedatur.
Punitus a Iudice laico, an etiam possit puniri ab Eccle
siastico.
Processus unus Iudicis, an impediat processum al
terius.
243 Index Ecclesiasticus non tenetur stare processui Iudi
cis secularis.
244 Praeventio inter quos Iudices locum habet.
245 Index loci delicti in paritate praefertur.
- 246 Remissio rerum ad alios Indices cuius expen
sis fit.
Index renuens remittere reum, qualiter cogendus,
270.
247 Indices de consuetudine non remittunt reos, nisi ha
bita fide, quod deliquerint in iurisdictione pe
tentis.
248 Principum laudanda prudentia, quando alter alteri
reos remittit.
249 Quod per gratiam conceditur, non est trahendum in
consequentiam.
250 Procedi non potest eodem tempore contra eandem per
sonam pro eadem causa a pluribus Iudicibus.
251 Index delegatus in sententiando, an sit Index in exe
quendo.
Sententia delegati mandatur executioni ab ordi
nario.
252 Executio nunguad spectat ad Iudicem ordinarium, qui
sententiam tulit.
253 Delegationis verba sunt attendenda.
254 Sententia evidenter iniqua non est exequenda.
255 Index supremus an teneatur exequi sententiam al
terius.
256 Brachij secularis auxilium, & de eius materia
late.
257 Brachium alterius an possit implorari a delegato.
258 Iurisdictione an dicatur turbata per auxilium praestitum
imploranti.
Episcopus potest suam sententiam exequi.
259 Episcopus an possit tenere familiam armatam.
260 Index laicus requisitus ab Ecclesiastico, an tenetur sta
tim exequi illius sententiam.
261 Index laicus in dubio debet exequi sententiam Episco
pi, & quando debet adhibere causae cognitionem an
te quam exequatur.
262 Causae cognitione qualiter adhibita censetur.
263 Index requisitus exequi alterius sententiam, an possit
allegari suspectus.
264 Executor merus, et nudis facti, nullam cognitionem ca
use adhibet.
265 Relationi publicorum executorum quando standum.
Capturandus pro debito ciuili, an sit prius eitandus.
266 Episcopus potest exequi facere per suos executores in
rem, & in personam.
267 Brachium secularis in subsidium imploratur.
268 Aliud est exequi sententiam alienam, aliud pronuncia
re exequendam.
269 Index ab altero Iudice sub eodem Principe requisitus,
exequi tenet.
270 Index requisitus ab alio Iudice exequi, vel praestare au
xilium, si nolit potest puniri, sup. n. 246.
271 Brachij auxiliu imploratio est reciproca.
272 Index laicus an sit Index competens Clerici in causa
reconventionis.
273 Reus sufficienter non punitus ab uno, an possit ab alio
Iudice puniri, sup. n. 240.
274 Delictum non punitur iuxta qualitatem, potest adhuc
puniri.
275 Reus definitiū absolutus quando dicitur.
276 Absolutoria (quamvis contra conscientiam Principis)
tenet, condemnatoria nunquam.
277 Clausula rebusstantibus, & similis.
Clausula ab obseruatione Iudicij.
278 Sententia interlocutoria & definitiva, quae.
279 Practica Mantua & circa absolutoriam definitiūam, aut
interlocutoriam.
Sententia conditionalis, sup. n. 277. & 278.
Absolutio conditionalis qualiter fit, sup. n. 277. et seq.
280 Reus definitiū absolutus amplius molestari non debet.
281 Reus quando definitiū absolutus, & quando sub
conditione, sup. n. 275. cum plur. seq.
Absolutus simpliciter intelligitur ab obseruatione iudicij
Sententia

- 282 Sententia absolvitoria in actione populari, an pariat exceptionem rei iudicatae.
- 283 Accusare nemo potest tanquam unus de populo, nisi pro delicto publico.
- Maligni & calumniosi quomodo cognoscantur, numero 299.
- 284 Absolvitoria an & a quo possit retractari.
- Sententia recipit declarationem a Iudice.
- 285 Ludex Brachij Regij potest corrigere, emendare, supplerre, ac retractare suam sententiam, declarata ut numero 288.
- Absolutus qui post absolutionem fatetur delictum, potest puniri.
- 286 Fiscus auditur aduersus condemnationem minus sufficienter factam.
- 287 Sententiatur duarum una absolvitoria, altera condemnatoria, quemadmodum attendenda sit.
- 288 Ius acquisitum fisco per sententiam, an retractari possit absque Principe.
- 289 Sententia contra contumaciam, an dicatur lata ob contumaciam, vel propter delictum.
- 290 Damnatus capitaliter an habeat testamenti factum.
- 291 Sententia in contumaciam lata an retractari possit.
- Sententia in contumaciam dicitur lata ex probatione privilegiata.
- 292 Statuta in materia contumaciae de eorum materia remissione.
- 293 Sententiae proferuntur iuxta consuetudinem.
- 294 Expensae an sint solvenda per succumbentem in causa criminali.
- 295 Statutum quod vicitus vitori condemnatur in expensis, qualiter intelligendum.
- Liberatus non dicitur, qui potest adhuc molestari.
- Expensae in civilibus quando debentur.
- 296 Expensas qui reficere debet, an pendente appellatione sufficiat deponere certum quid.
- Oblatio & depositum expensarum, an sufficiat.
- 297 Expensae quae debentur vitori, possunt peti usque ad annos 30. conditione ex Statuto.
- Expensarum contumacialium quid iuris, quid in emergentibus, vel instantia deserta.
- 298 Expensarum condemnationi an locus sit a die litis contestatio, vel a publicatione processus.
- 299 Calumniare qui vere dicitur, & supra nu. 283.
- Practica procedendi contra calumniatores.
- Expenses non debentur nisi petantur.
- 300 Practica taxandi expensis.
- 301 Doctor per se litigans non consequitur expensas pro Aduocato, fallit, vt ibi.
- Taxatio expensarum qualiter fienda.
- 302 Expense in causis criminalibus de consuetudine non resciuntur, nisi statuto caueatur.
- 303 Statutum minuens penam propter pacem, remissionem aut confessionem, nunquid minuat ad ratam expensis.
- 304 Beneficia priuatorum non extenduntur sicut beneficia Principum.
- Pax quid tacite continet respectu facientis pacem.
- 305 Beneficium confessionis virtute statuti, quando profect, & quando non.
- 306 Damnatis ad mortem an concedatur sacra sanctorum Eucharistia.
- 307 An sacra extrema ueritudo.
- 308 Quid si damnatus nolit confiteri Sacerdoti peccata sua.
- 309 Executionem sententiae capitalis differre, an sit arbitriu[m] Iudicii.
- 310 Executio iniusta non debet fieri, quid agendum quando superior mandat exequi.
- 311 Cantela qua Index non exequendo sententiam iniusta, non peccabit, & securus erit.
- 312 Innocentia retardat executionem.
- 313 Iudices quando in magna sunt angustia.
- 314 Remissio Principis ante sententiam facta, tollit omnem condemnationem. sup. 235.
- 315 Damnatus ad mortem an valeat testari, vide supra num. 290.
- 316 Laqueo fracto & suspensiō ē furca viuo cadente, quid agendum.
- 317 Executio sententiae capitalis, in quo loco fienda, num. seq.
- 318 Demolitio domis delinquētiū an impediri possit per creditores, aut per uxorem.
- 319 Causa vera iustitiorum publicē expoundenda, & de inconuenientijs, & scandalis, si iustitia publicē non fiat.
- 320 Expensae pro iustitia exequenda, & quae sunt in confortatorio, a quo solvenda.
- 321 Expensae quae pro causalata sunt ex causa iustitiae, a quibus solvenda.
- Quid de erectione furcarum.
- 322 Furcas erigere publicē interest, & sunt meri imperij.
- 323 Furcas erigens sine mero imperio punitur.
- 324 Authoritatē publicā sibi assumens, qua pena punitur.
- Authoritatē publicā assumere quot modis dicuntur.
- 325 Procurator fiscalis an habeat ius capturandi.
- 326 Procurator Caesaris habet iurisdictionem magnam.
- 327 Praescriptio contra Imperium & Ecclesiam, que.
- 328 Fiscus an habeat iurisdictionem.
- 329 Index incompetens capturare potest.
- 330 Capere faciens indebet qualiter teneatur vel excusat.
- 331 Reicriminis ut plurimum sunt suspecti de fuga.
- 332 Index laicus an possit capturare clericum.
- 333 Exceptio incompetencia circa capturam, an & quando potest objici.
- 334 Executorum est capturare.
- 335 Priuatus an capturare faciat per executores tantum.
- 336 Offensus an possit propria autoritate capturare.
- 337 Debitor suspectus de fuga, quando & a quibus possit capi.
- 338 Capturare num liceat cuiilibet de populo.
- 339 Captura ab initio inuallida, an iustificata teneatur.
- 340 Captio absoluto, an capi faciens teneatur.
- 341 Fiscalis Florentia, qua dignitate & praeminentia fulget.
- Quid de eius locum tenent.
- 342 Locutio fiscalis sapit naturam sui principalis.
- 343 Matthaeus Carlinus Aduocatus Florentinus celeberrimus.
- 344 Locutio fiscalis de quibus cognoscere valcat.
- 345 Causa iustiae capturandi que, & nu. 347.
- 346 Capi faciens temere tenetur.
- 347 Captura ante delictum, in delicto, & post delictum.
- 348 Captura ex coniecturis & presumptionibus conceeditur.
- 349 Suspicio falsi, an & quando pro falsitate habeatur.
- 350 Suspicio falsitatis est sufficiens ad capturam.
- 351 Suspicio quid sit.
- 352 Suspiciones plures ex quibus scriptura arguit de falso enumerantur.
- 353 Originales scripturae alteratum, arguit falsitatem.
- 354 Interlineatura in scripturis est prohibita.
- 355 Suppletio post peraltam scripturam non admittitur.
- 356 Supplerre est de novo facere.
- 357 Interlineatura quid sit.
- 359 Additio scripturae facta, quando suspicionem prebet.
- 360 Scriptura diverso atramento arguit falsitatem.
- Idem quando supersunt literae nouae, & nu. 361.
- 361 Apostilla quando indicat falsitatem.
- Literatura diuersa manu scripta arguit falsum.

- 362 Ponens dicitur fateri.
 363 Positio si est falsa ponens tenetur.
 364 Falsi pœna quoad scripturas, quando locum habet.
 365 Scriptura vitatur testibus contradictibus.
 366 Paria sunt producere falso testem, aut falso articulum.
 367 Exemplum quod habet relationem ad originale, non probat si originale non invenitur.
 Scriptura falsa aut erronea, quæ dicitur.
 368 Scriptura cancellata, seu rasa, est suspecta.
 369 Scriptura incisa suspicionem parit.
 370 Suspicio quæ potest cadere in virum prudentem, dat causam capturandi.
 371 Scriptura licet vera, si prima fronte est suspecta, dat causam capturandi.
 372 Scriptura addere est prohibitum, & qualiter additio possit fieri.
 373 Pœna falsi extraordinaria quando infligi potest ob factum prohibitum tantum, nequaquam nocibile.
 374 Pœna falsi ordinaria quando locum habet.
 375 Pœna extraordinaria infamiam non irrogat.
 376 Vestimenta damnati ad mortem cuius esse debent.
 377 Instituti quomodo sepulture tradendi.
 378 In dubio presumitur quem panituisse.
 379 Suffragia pro animalis iustitiatorum à quibus fienda.
 380 Potestates terrarum habent iurisdictionem limitatam a statuto, num. 329.
 381 Extensionis materia difficultis.
 382 Interpretatio sumpta a practica, & obseruantia, est melior ceteris.
 383 Extensionis & interpretatio à pari procedunt.
 384 Extensionis in penalibus an fiat, adhuc lis est sub Iudice.
 385 Extensionis materia à quibus tractetur.
 387 Extensionis & restrictionis materia intricata.
 388 Extensionis verbum.
 389 Extensionis unde duxit originem, vel super quibus fundatur.
 390 Extensionis ad quid inuenta.
 391 Author amat corrigi ab eruditioribus.
 392 Extensionis quotuplex sit.
 393 Extensionis actiua, & eius exempla.
 394 Statutum de mandatario quando extenditur ad mandantem.
 395 Extensionis passiva, & eius exempla.
 396 Statutum antiquum & nouum, referuntur in totum circa eandem materiam.
 397 Extensionis passiva quando locum non habet.
 398 Exempla declarant, sed non decidunt.
 399 Statutum nouum quomodo recipit extensionem à veteri.
 400 Statuta duo vetera an comprehendantur sub uno statuto novo.
 Pœna in statuto novo non specificata, qualiter à statuto veteri declaretur, & de duabus pœnis, quæ sit eligenda.
 401 Interpretatio quando sit in deteriorem partem.
 Pœna quando multiplicari potest per extensionem, ibidem.
 402 Statuti veteris obseruantia, declaratur à dispositione nova.
 403 Arma quibus casibus licet deferre, non obstante prohibitione.
 404 Statutum Mantuae in rubr. de homic. declaratur.
 405 Homicidij tres species, ibidem.
 406 Distinctio inter homicidiam, quando non tenet.
 407 Extensionis reciproca qua.
 408 Terminus à quo, & terminus ad quem.
 409 Inundatio Venetijs.
 410 Extensionis de minori ad maius.
 411 Reg. si de quo minus, ergo de quo magis.
- 412 Reg. propter unumquodque tale, & illud magis.
 413 Reg. si de quo minus.
 414 Statuta recipiunt extensionem à simili.
 Extensio à simili.
 Ab equiparatis.
 415 Statutum quod percutiens in gula magis puniatur, an habeat locum.
 416 Extensio de loco ad locum.
 Statutum puniens grauius delictum in platea habet locum in palatio.
 Iniuria facta Prioribus, quali pœna cohercenda.
 417 Piores nostri temporis quibus equiparandi.
 418 Extensio de persona ad personam.
 419 Statutum de armis an comprehendat mulieres.
 420 Mulieres an portantes arma puniantur.
 421 Statutum de Monachis an extendatur ad Moniales.
 422 Statutum puniens expressè mulieres, an comprehendet rusticos ignaros, minores, & huiusmodi.
 423 Reg. inclusio unius qualiter procedit.
 424 Extensio à minoribus ad furiosos, &
 A seruo ad Monachum, & in pluribus alijs personis.
 426 Statuta extenduntur de persona ad personam.
 Extensio de persona ad res.
 427 Statutum de compromisso coacte fiendo, dicitur odiosum.
 Prohibitus habere officia communis, an sit prohibitus exercere.
 Officium notarij banchi.
 428 Extensio de re ad tempus.
 429 Extensio de tempore ad locum.
 430 Chartusia Papiae famosissima & ditissima.
 Suspectus de fuga sicut potest capi die feriata, sic capi potest in Ecclesia.
 431 Extensio de persona ad locum, & ibi exempla.
 432 Extensio de tempore ad tempus.
 433 Extensio de præterito ad præteritum.
 434 Extensio de præterito ad præsens.
 Decem prædicamenta argumentandi de præterito ad præsens.
 435 Extensio de casu ad casum.
 436 Statutum de armis non ferendis in nocte post sonum campanæ, habet locum in nocte Veneris sancti.
 Decretum Iudicis nullum non operatur excusationem.
 437 Extensio de casu vero ad fictum.
 438 Mediol. Nob. mulierum prudentia.
 439 Extensionis passiva an habeat locum quando fictio illum habet.
 Assistens delicto an puniatur sicut delinquens.
 Laudans amicum ut n. alè agat, puniatur.
 An alias quis sit facturus, quomodo intelligitur.
 440 Scripturam iniuriosam exhibens non excusat sub quovis prætextu.
 Extensionis de casu ad casum, multi enumerantur casus.
 Extensionis actiua & passiva, quando locum non habet.
 441 Statutum à contrario sensu, an recipiat extensionem.
 442 Extensionis in limitatis non habet locum.
 443 Statuti verba sunt attendenda, declarata & limitata, cum plur. seq.
 444 Verba vbi non conueniunt menti, nec dispositio iuxta corticem verborum est intelligenda.
 445 Verba in statutis sunt intelligenda secundum communum loci statuti,
 446 Masculinum quando concipiatur femininum.
 447 Taciti & expressian sit eadem virtus.
 448 Extensionis de masculis ad feminas in criminalibus.
 Feminæ an sint ligata statutis, & seq.
 449 Verba universalia quibus masculinum concipit femininum.
 450 Sermo indefinitus in dispositione legis, non equipollit yniuersali.

- 451 Statutum contra bannitos, an extendatur ad mulieres bannitas.
Fœminæ à quibus negotijs sint exclusæ.
- 452 Immunitas cōcessa generi an cōprehendat fœminas.
- 453 Masculinum in pénalibus & odiosis, an concipiatur fœminum: quid in correctorijs num. seq. quid in exorbitantibus.
- 454 Statutum contra fugientem à carcere, habet locum etiam in mulieribus.
- 455 Statutum quod filij bannitorum expellantur de Cittate, odiosum est.
- 456 Statutum contra adulterum non habet locum contra adulteram.
- 457 Statutum loquens in bannito non habet locum in bannita, quid in receptatore.
- 458 Fœminæ an ligetur statuto de receptorib. bannitorū.
- 459 Statuta an, & quando ligent forenses.
- 460 Contrarium quando probari non potest.
- 461 Pœna statutaria tantum, & non delictorum, haud ligant forenses.
- Marmirolium ruc deliciarū Sereniss. Duciis Mantua.
- 462 Per statutum prohibens putrida ejici super platea, an prohibeatur deferri coria.
- 463 Itinerantes an ligetur statuto cōtra deferētes arma.
- 464 Publicatio proclamationū, quando afficiat remissiū.
- 465 Forensis non ligatus statutis, non potest illis vti, nec gauderē eorum priuilegio.
- 466 Surdus non ligatur statuto de sono campanæ.
- 467 Forensis quando ligatur statutis, eodem modo excusari potest, sicut subditus.
- Contrariorum eadem disciplina.
- 468 Statutum ubi non potest habilitare, nec inhabilitare. Reg. quod tantum operetur propositum in proposito, quantum oppositum in opposito.
- 469 Delictum factum de sero, vel in aurora, an dicatur factum de die, vel de nocte.
- 470 Nox quando eſe dicitur pro statutis.
- 471 Extensio de statuto ad consuetudinem.
- 472 Consuetudo ut valeat, quæ requirit.
- 473 Extensio quæ in statutis pœnalibus, etiam in consuetudine pœnali.
- Forenses sicut ligantur statutis, ita consuetudine.
- 474 Extensio non fit ex puris singularibus.
- 475 Consuetudo in pœnalibus & odiosis, non extenditur.
- 476 Statuta exorbitantia, odiosa, correctoria, & pœnalia non extenduntur.
- 477 Tolerantia an excusat.
- 478 Extensio in exorbitantibus an fiat, limita.
- 479 Statuta quæ, & cur dicta sint exorbitantia.
- 480 Principum dextera, contra quos armetur.
- Excommunicationes in delictis atrocissimis occultis, & reiteratis, concedenda.
- 481 Dispositio licet crudelis, tamen seruanda.
- 482 Statuta crudelia.
- 483 Extremis morbis extrema remedia.
- 484 Pœna exorbitantes.
- 485 Verbum exorbito.
- 486 Statuta exorbitantia quæ.
- 487 Statuta exorbitantia bifariè considerari.
- 488 Dispositio de filio, an ad generum extendatur. Extensio de filio ad generum.
- 489 Extensio in pœnalibus valde exorbitantibus, non fit.
- 490 Statutum quod pater possit vendere filium ob necessitatem famis, non extendendum.
- 491 Statutum de fletorizante facie extensionē patitur.
- 492 Statutum de percutiente in gula, qualiter intelligendum.
- 493 Statutum Mantuae de homic. §. & intelligatur. Extensio fienda in casu simili ad alias personas.
- 494 Statutum de receptante bannitum.
- 495 Exorbitans prouisio toleranda ex causa.
- 496 Bannitorum vis contra receptantem, non excusat.
- 497 Causa finalis declarat an materia sit favorabilis, vel odiosa.
- 498 Causa quando odiosa, & quando favorabilis dicitur.
- 499 Statuta pœnalia ad quid sunt.
- 500 Praesatio declarat qualitatem causæ.
- 501 Statuta quæ dicantur odiosa.
- 502 Extensio non fit in pœnalibus odiosis.
- 503 Odium est duplex.
- 504 Mens ex quibus declaretur. Domum suam vendere an quis cogi possit, quid defrumento.
- 505 Angaria quibus ex causis imponantur.
- 506 Statuta partim odiosa, & partim favorabilia, an extendantur.
- 507 Favor publicus quando consideratur.
- 508 Statuta correctoria pœnalia quæ. Blasphemia & pœna alterata.
- 509 Verbum corrigerem sonat in bonam partem, & verbum derogare non.
- 510 Iura antiqua quæ de causa possint nouissime corrigi. Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio, & licet mutare propositum in melius.
- 511 Correctio est duplex.
- 512 Correctio non fit per subauditos intellectus.
- 513 Statuta pœnalia correctoria, an extendantur. Extensio in correctorijs fallit.
- 514 Argumentum à contrario sensu in correctorijs non sumitur. Statutum nouum quando extenditur per vetus.
- 515 Extensio in correlatiis, quid in connexis.
- 516 Lex corrigens intelligitur secundum terminos legis correctæ.
- 517 Statuta pœnalia an extendantur. Extensio in pœnalibus.
- Statuta pœnalia in quibus consistant.
- 518 Lex propter occasionem peccati, & pœna propter delictum.
- 519 Statuta & iura cur pœnam imponunt. Statuta puniunt nedum homines, sed animalia, & vñque res inanimatas.
- 520 Pœna est afflictiva, punitive, prohibitive, & excludens.
- 521 Extensio in pœnalibus ad maiora delicta remissiue.
- 522 Extensio de principali ad subrogatum.
- 523 Restriictio quando, & qualiter fiat in pœnalibus.
- 524 Dispositio generaliter quando restringenda. Legis virtus in quibus consistat.
- 525 Statutum contra emittentem, seu extrahentem sanguinem, an extendatur ad barbitonforem.
- 526 Sanguinis effusio in Ecclesia, an illam interdicat.
- 527 Statutum dans premiu capienti bannitum, an extensiū.
- 528 Damnum auertere, & lucrum amittere differt.
- 529 Lex quare restrictionem patiatur.
- 530 Statutum pœna capitii puniens homicidam, an habeat locum quādo ad necessariam defensam occidit.

HORTENSII CAVALCANI DE BRACHIO REGIO

PARS QVARTA.

Dormato processu tā offensiō, quād defensiō, reliquum est venire ad expeditionem, vel in absoluendo, aut in condemnando reum. † Quia de re Iudex liberum, & absolutum habens arbitriū procedendi, & cōdemnandi cuncta diligenter examinabit, c. iudicantē. 30. q. 5. & l. 3. ff. de test. ac recta statera sententiā pōderabit, c. cū æterni, de re iud. in 6. memorie mandando, & p. N oculis

- 2 oculis habedo, † quod iustitia vera depingi solet, & describi ab una parte cum ense, & igne, ab alia vero cū palma oliua intexta, sic tamen, ut superior oliuæ permaneat, quasi misericordia sit vietrix;
- 3 quamvis rigor equitati par existat; † quia in procedendo expedit iudicem rigorosum esse, veruntamen in sententiando iustum, & magis æquum esse decet, §. 1. vbi Glos. Inst. de iustit. & iur. in procedendo executor rigidus, sed in iudicando iustus Iudex, qui secundū Senec. citò intelligit, & tardè iudicat. † Et semper in dubio mitiorem partē sequi debet tanquam tutiorem, l. semper, cum mult. simil. de reg. iur. nisi atrocitas delicti, & mala qualitas delinquentis aliter suadeat, Bald. in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de ijs qui not. in fin. & in l. quicunque, C. de ser. fug. exemplū de alapa officiali data, quia est imponenda maior, non minor pena, quam pri uato, idem Bal. in c. 1. §. iniuria, in princ. de pac. iura. fir. Marant. pract. 4. p. nu. 55. & Mars. in l. 1. nu. 23. ff. de questio. & Gomes. pulchrè de delict. c. 6. 5 nu. 4. dicit, † quod iniuria alicui facta, respectu personæ potest atrox iudicari, vel ratione qualitatis in iuriæ, aut loci, D. Menoch. de arb. q. 8 §. num. 4. in atrocissimis quidem delictis Iudex promptior esse deber ad condemnandū, Bal. in l. ita vulneratus, l. lect. ff. ad leg. Aquil. Ceterū in vniuersalibus mitis & æquus. † Nam licet captura afferat præiudicium magnū, tortura damnum maximū, & sententia ut quam maximum; tamen executio sententie est damnum supra modū irreparabile, ita ut licitum sit resistere de facto, ut latissimè dixi in 2. p. huius tract. sub nu. 120, cū seq. & est summopere aduertendum ne confundantur termini iustitiae, ut aliqui faciūt,
- 7 qui credūt † crudelē idem esse quod rigorosum, sed revera decipiuntur, imò animam suam illaqueant, quoniam crudelitas est proprium Iudicis tyrani, & rigorositas Iudicis magnæ authoritatis, Put. in verb. crudelitas, cap. 1. Fab. à Monteleo. in eius pract. arb. art. 18. nu. 3. fol. 49. & vide Affl. super 2. Feud. tit. quis dicatur Dux, &c. Rubr. 36. car. 139. nu. 4. in fi. vbi de recta, & rigida iustitia: & tūc dicitur index crudelis, qui non habet distinctionis regulam, & nemini parcit, licet excusationi locus sit, ut dixi in 3. par. nu. 3. & nulli compatitur, nec sexui, nec ætati, nec moribus; exemplū de Nerone, ac de Herode, quorū fuit proprium crudelēs esse, & innocentes occidere (ut dixi in precedenti par. nu. 207.) Alij honorem acquirere existimant, cum rigorosos se præbent, vbi æquitas secus suadere videtur; quos ignaros, & proteruos Iudices appellat Catal. de syndic. num. 26. & ij sunt qui iustitiam claudam, & mancam reddūt, imò iustitiā monstruosam faciunt, Tiraq. de retract. lignagiet. §. 15. glo. 1. vbi pulchrè loquitur. † Vnde condamnare non condemnandum, vel absoluendum, aut penam sine causa augere, vel minuere, seu propriam certiucem attēdere est propriū ignari, & crudelis Iudicis tyranni, secundum gl. in d. l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de ijs qui not. infam. Felyn. in c. inter cæteras, de rescr. Dec. consil. 100. Mars. pract. §. cōstante, nu. 24. Boer. decis. 3. 17.
- 9 nu. 3. Clar. q. 43. ver. scias, vbi Bajar. † ait, quod iudices cauere debent, ne aliquid dicant in iudicando quod vulgo iniquum videatur, & eius opinio nō applaudeat, quæ vulgi opinio videtur quoddam ius naturaliter insitum, licet de iure scripto possit talis opinio vulgi cauillari, per glos. in l. maior annis, C. de transact. Verū ad claudendū ora vulgi non sufficerent Pedamontanæ stupæ ex canabe, aut Lombardicæ ex lino, & hac de causa dixi vanas voces populi non esse exaudiendas, ut in pract. de test. par. 3. nu. 210. sicut arbitrij nostri nō est, quid quisq; loquatur, sed fac bonū ne timeras;
- 10 † ita arbitrium liberum importare videtur, quod statum sit declarationi in re dubia. Iudici nostro, l. eum quidam, l. 2. ff. de leg. 2. quia præsupponitur abesse dolus, l. creditor, §. in bona fidei, nu. 14. de act. limita, si a Principe in contrarium ordinatum non sit, l. 2. ff. de noxal. l. liberoru, ff. de ijs qui not. infam. l. sancimus, C. de test. & l. precipimus, C. de appellat. Fan & quibus de causis quis sine accusatore condemnari possit, vide Dec. in l. ea est natura, in addit. de reg. iur. Anch. in cap. 1. de accusat. in 6. inter quos quando delictum est notorium, & quando ex officio potest procedi.
- Et cum de interpretatione pœnarum, & de impositione earum tractandum sit, tam de iure communī quam statutario, per nonnullas breves regulas hoc explicabimus. † Quotiescumque igitur fit mentio de pœna simpliciter, semper est intelligendum de pœna corporali, Abb. in c. inter alia, vers. ex hoc, de immunit. Eccles. Cardin. Clem. 2. §. 1. de ha. ret. Caraut. rit. 79. nu. 4. Nec obstat l. semper in obsecris, vbi Dec. nu. 12. de reg. iur. quia ea habet locum si sub uno verbo diuersæ res comprehenduntur; exemplum de pœna capitali, quæ stat in tripli differentia, ut statim dicam, quia intelligitur de minori; † Idem si pœna effet, vel corporalis, vel pecuniaria, quia de pecuniaria intelligitur l. pen. ff. de pœna. Verū secundum subiectam materiam pœna debet accipi vel pro corporali, vel pecuniaria. Ridiculū enim effet, ut pro iniuria simplici pœna intelligeretur de corporali, & pro atroci iniuria intelligeretur de pecuniaria, nisi ex qualitate perso- na, & circumstantijs aliter dicendum sit: † quoniā verba in dubio sunt intelligenda secundum subiectam materiam, l. si uno anno, ff. locat. Felyn. in c. penult. de sent. excom. & Dyn. in reg. in obscuris, de reg. iur. in 6. & Cano. in c. penult. de except. & latissimè per Bonacoss. (qui alias alleg.) in suis q. crim. super statu. in ver. pœna, per tot. add. ad Abb. d. c. inter alia, lit. c.
- 15 † Similiter statutū loquens de pœna amputacionis membra intelligitur de manu, Auth. ut nullit. Iud. §. vlt. & ibi DD. scilicet de manu minus fructuosa, c. in penis, & c. in obscuris, de reg. iur. in 6. Cepol. in l. si fugitiui, nu. 2. 3. 4. 5. & 35. vñq; ad 40. Euer. centu. in loc. à priu. ad hab. Graf. com. opin. c. 2. 9. 19. Gomes. reg. Cancell. de annual. poss. q. 48. col. 1. lit. e.
- 16 † Si vero statutum loquitur simpliciter de pena capitali, tūc de minori pœna, hoc est, de pœna exiliij intelligendū est, Barr. & DD. oēs. com. in l. transigere, C. de transact. vbi Mant. nu. 31. & 32. cum seq. tex. iūcta gl. in l. 1. C. ne Iudei mācip. Christi. Bal. in l. fi. in fi. C. quæ res vendi nō poss. Clau. in Lvt vim, de iust. & iur. & ita sunt intelligēdi Canonistæ, tex. & gl. in c. inquisitionis, de accus. gl. in §. in summa, ver. extraordinaria, Inst. de iniur. l. faculari, §. sunt quedam, ff. de extraor. crim. l. Iulia. §. hodie, ad leg. Iul. repetun. Mars. in pract. §. opportunit. nu. 40. & Felyn. in cap. qualiter, & quando, sub
- 17 nu. 23. de accus. vbi dicit, † quod secundū leges scriptæ sunt genera pœnarū, tres capitales, & quatuor nō capitales, sed Iac. de Beluis. in prac. Rubr. de diuerf. penis, nu. 8. reprehendit hāc restrictionē dicēs quod species pœnarū sunt plus quam centū: et pœna capitalis stat in tripli differentia; prima de morte hominis; secunda de amissione libertatis, et simul Ciuitatis, ut damnatio in metallum; tertia de amissione Ciuitatis tantū, quæ est pœna exiliij, l. in criminalibus, in verb. capitalē, C. de iurisd. omnium iud. et in l. 2. in princ. ff. de pœna et l. 2. ff. de pub. iud. Michael. Grati. comm. opin. lib. 1. c. 3. quæst. 25. et D. Menoch.

18. D. Menoch. de arb. iud. cas. 3. 10. num. 10. & 11. & sic nota, quod aliud est dicere penam mortis, aliud penam capitalem, ut respondet Marant. in sua tract. in 4. par. num. 47. & seq. Quando enim fit mentio de pena mortis, intelligitur de separatione animæ à corpore, Felyn. d. cap. qualiter, Clar. d. quæst. 67. & ibi Bata. num. 6.
18. † Sunt etiam multæ aliae pœnæ de iure ciuili scriptæ, quæ tamen in desuetudinem abierunt, ut damnatio ad bestias; pœna parricidæ culeo insuti, in mare projecti; pœna qua falsarij ē saxo Tarpeio deiiciebantur, & qui abortum dolosè committabant, in puto suffocabantur: Alia erat pœna aquæ & ignis interdictio, vel delinquentes viui comburebantur, damnatio in metallum, & deportatio in Insulam; sed hæc duo adhuc seruantur. Erat pariter pœna stigmatis, quæ hodie seruantur in scelavis seu seruis non Christianis: & de ijs, ac alijs quampluribus pœnis tex. glof. & DD. in l. si quis in metallum, & per tot. tit. ff. de pœn. Clar. q. 67. per tot. Farinac. in tit. de delict. & pœn. per mult. qq. Erat etiam in vſu pœna talionis, ut dens pro dente, & qui occidit occidatur, de qua Menoch. cas. 3. 11. & per alias casus, quos per te videre potes. Pœna vero perpetui carceris, de qua in l. mandatis principalibus ff. de pœn. abscissionis, vel mutilationis membra parum est in vſu, & non dicitur capitalis; Bart. in l. 2. ff. de pub. iud. & Bald. in l. eos, C. de accusat. & omnino vide Maria. in cap. veniens, de accusat. vbi latissimè de qualitatibus pœnarum, & quando pœna pecunia convertatur in corporalem data soluendi impotentia, Put. in ver. pœna, cap. 5.
19. † Sed hodie omnes pœnæ possunt sub duobus membris comprehendendi, videlicet ut sint capitales aut non; seu pœna est mortis, aut citra mortem, Clar. d. q. 67. vers. distinguendo. Et notandum quod olim pœna mortis etiam blasphemii puniebantur, Auth. ut non lux. contr. nat. est Nouell. 77. & lapidabantur in Leuitic. c. 24. quæ hodie recepta non est ob statutorum dispositionem, ut non in iurum si vigeat hoc blasphemie peccatum, Menoch. de arb. cas. 375. num. 26. Clar. in §. blasphemia, vers. sed quarto, nihilominus in hoc crimine ad torturam deuenitur per ea quæ in 3. par. dixi num. 129.
20. † Blasphemos, & periuro solet etiam hodie lingua perfodi, Decia. de pœn. pecun. c. 23. nu. 22. late Plot. in tract. de blasphemia. Item pœna mortis corrum pentibus Dei, ac Sanctorum Imagines, in sacrilegos, in vinearum vastatores, & arbores fructiferas incidentes, scalas nocte apponentes alienis feneratis, in muros Ciuitatis transcendentis, in transfiguras, sepulchorum violatores, pacis publica perturbatores, & alios quamplures casus ponit Farinac. de pœn. q. 20. per tot. Guliel. Bont. inter tract.
21. crim. diuersi foli. mihi 444. † Et quinque mortis pœnarum species assignantur, videlicet spiritualis, ciuilis, secularis, affectualis, & aternalis, ab Art. chid. in 2. q. 7. cap. placuit, & Luc. de Penna in l. 1. num. 33. C. de desertor. lib. 12. & olim apud Atheniensis vrebantur beneficio, & apud barbaras nationes, & tyranhos tempore primitiæ Ecclesiæ pluribus alijs mortis speciebus, quæ apud nos Christianos ob animæ periculum non sunt in vſu, nisi contra inimicos Fidei Catholicae. † Quia de causa Iudæi, qui in aliquem suæ sectæ ad hunc conuersum impetum facere audent, & saxis, vel alijs modis eum percutere, & heretici viui comburi possunt; l. 2. C. de Iudæ. & vide Decia. tract. crim. nt. de pœn. lit. S. c. 42. nu. 4. tom. 1. vbi de multipli ci pœnarum genere, & Boss. in tit. de plur. violent. per tot. & Menoch. de arb. iud. in mult. q. 1. & cas.
23. nu. 20. de rescr. vbi ait, † quod propter consuetudinem formam statutorum transgreedi licet, ut ob magnam sceleritatem, antequam delinquens morti tradatur, solet ad caudam equi duci, seu trahi ad supplicium, & etiam forcipibus ignitis affligi, Franc. decis. 240. num. 10. Bata. ad Clar. d. q. 67.
24. † Sed hic pone, quod à statuto, seu à consuetudine sit pœna mortis imponenda in certis delictis, vt per Farinac. de pœn. d. q. 17. num. 53. & alio statuto caueatur, quod vbi ingeritur pœna mortis, etiā bona confisari debeant; item pone quod Iudex liberum habens arbitrium condemnandi vñq; ad mortem inclusuē, teneatur etiam seruare statuta, & eveniat easus enormis delicti non comprehensus in dicto primo statuto, & Iudex velit condemnare pro arbitrio suo vñq; ad mortem inclusuē, an etiā tenebitur velit nolit imponere confiscationem bonorum? Hanc questionem de facto habui in Ciuitate Mantua; & fuit conclusum, etiam in pœna mortis arbitraria venire de necessitate confiscationem bonorum, vt obseruatum est, & sic necessaria imposita fuit ei, qui ex arbitrio iudicauit; † quia uis bonorum confiscatio de iure locum habeat quando delinquens bannitus est, tanquam contumax in pœnam mortis, per tex. in auth. bona damnatorū, C. de bon. damn. Sed si reus esset præsens, dicta auth. & bonorum confiscatio non videntur habere locum, & reus præsens in pœnam pecuniariam condemnatus debet luere pœnam in corpus, l. fin. ff. de in ius voc. & in l. si qui id quod, ff. de iuris, omn. iud. l. quæcūq; C. d. ser. fug. & sic in subsidium bonorum confiscatio, aut pœna corporalis venire dicitur, & non principaliter, & tamen os mihi clausum fuit, sub pretextu quod ita seruatum sit. Quia de re si Iudici non videtur locus esse confiscationi bonorum, nec in pœnam mortis arbitriu extendet, vbi vigeret tale statutum, & obseruatis, vt Mantua, licet ipse nequaquam libeter acquiescere posuerim propter arbitrium liberum, & per aliam rationem, quia sententia condemnatoria ad mortem iusta videtur, sed addita etiam confiscatione bonorum illam nimis excessiuam esse arbitratum sum, per d. auth. bona damnatorum, C. de bon. damnatorum. Et quando alicui de iuri communis non est pœna mortis imposta, sed à statuto tantum, tunc d. Auth. bona damnatorum non habet locum, vt per Pet. de Rauen. sing. 114. idem dicendum videtur quando arbitrio Iudicis est pœna mortis imposta, Nam si non vult, non coartatur condemnare etiam in confiscatione bonorum.
26. † Item quia Iudex, qui ex generali arbitrio habet authoritatē damnandi reū capitaliter, non potest bona illius confiscare, si reus est præsens, Peregr. de iur. fisc. lib. 5. nu. 26. de pub. bono. Bald. in c. 1. ver. sed hic quero, de pac. tenen. Alex. cons. 116. nu. 13. vol. 2. Dec. col. 2. 52. Cepol. col. 1. Nihilominus in Iudice nostro aliud esse teneo propter supremam authoritatē, p ea quæ passim dicta sunt in hoc tract. præfetti, p. 1. secus in inferiore, cui datum est arbitriu, vt tenet Bal. in l. 1. C. ne sine iussu Princ.
27. † Et in hoc proposito sciendum est, quod bonorum confiscatio dupli modo imponi potest, vel principaliter, aut in consequentiam; quando venit in consequentiam, & non principaliter, tunc superueniente morte naturali, non est querendum de bonis; si vero pœna mortis, & bonorum pertinet. N 2 confi-

confiscatio veniunt aequè principaliter per legi dispositionem, tunc superueniente morte naturali, non resolutur pena confisctionis bonorum, ita colligitur ex Bal. in l. si quis, in princ. C. si reus, aut accusat. mor. fue. Damas. reg. 23. vbi amoto principali dicitur amotum accessorium; de primo exemplum est, si statutum, aut lex exprimit qualitatem delicti, & penam mortis, & simul confisctionem bonorum; de secundo exemplum est in casu nostro, in quo Iudex arbitratus est penam mortis, & in consequentiam venit bonorum confisatio virtute alterius statuti prænarrati: & ad hæc vide Farinac. de pen. quæst. 10. num. 57. ver. aut verò agitur. Quando autem pena venit, principaliter, & quando accessorie, vi. Ang. in verb. præsente Caio, vbi si dicatur, Condemnamus Titum ad mortem cum confisctione bonorum, tunc pena confisctionis dicitur accessoria, at si dicitur condemnamus Titum in penam mortis, & in confisctione bonorum utraque est pena principalis, Bar. in l. 3. in fin. C. si pend. appell. Farinac. omnes allegans in tit. de Inquisit. quæst. 10. sub nu. 47. vbi de utilitate huius distinctionis quo ad hæredes condemnati, vi. infra num. 106.

28. † Redendo ad penas, quæ ab aula recesserunt, loco eorum est arbitriatum Iudici aliam penam (modò vñitatem) in similibus imponere, Gloss. in L. 1. de sedition. dum modò pena commensuretur delicto, Menoch. de arb. iud. quæst. 90. num. 38. & quæst. 83. num. 2. vbi ait penam variari pro temporum diuersitate, & facinorosorum peruersitate; & ideo hodie est in vsu pena triremij perpetui, vel ad tempus apud Italos, vel bannum, aut exilium, vel deportatio, quod nostrates dicunt confinare in Corsicam, vel in Insulam Atabarizæ, præsertim apud Regnicolas, & Venetos propter commoditatem Insularum, vt refert Clar. d. quæst. 67. ver. deportatio. Rei etiam relegantur extra propriam prouinciam eius domini, in cuius dominio delictum securum est, & delinquens fuit condemnatus, & in practica ita banniri solet, videlicet:

29. cet: † Bannimus te per triginta millaria longè circumcirca à dominio isto, vel plus, aut minus, prout Iudici videbitur, Clar. quæst. 26. ver. vidi, & Baiard. loquens de quinque speciebus exiliis, ad Clar. quæst. 71. num. 1. & 5. ait, quod exulatus à loco delicti, & à patria exulatus intelligitur, per Iac. Beluis. in pract. iudic. tit. de fuga reo. nu. 39. quem refert, & sequitur Vulpel. consil. 58. num. 4. Menoch. de arb. cas. 330. Et idem Baiard. ibi num. 6. Sed deber addi pena non seruantis, quæ maior est:

30. se debet, Caball. cas. 164. † aliud valde quotidianum dicit, quod condemnatus in penam exilij, quamdiu moratur in carcere post dictam cōdemnationem, illud tempus computatur in tempore, quo debet stare in exilio, per Franc. decis. 317. vol. 2. & num. 9. dicit, quod si tempus exilij non fuerit determinatum, sed dictum sit, condemnatio ad tempus, intelligitur per decennium, per tex. l. si ne præfinito, ff. de pen. Tiraq. de præscr. num. 12. quem vide, secus si simpliciter dictum sit, cōdemno in exilium, quia intelligitur de perpetuo exilio, Bald. in l. 1. col. 1. C. de postul. l. seruus, C. de pen. & de communi testatur Gomes. de delict. c. 4. nu. 3.

31. & 5. qui tenet, & concludit † exilium ad beneplacitum Iudicis trāsire ad successorem, nec per mortem cessare, tametsi Bart. in l. centesimus, §. ita stipulatus, de verb. oblig. cōtrariū tenet vt et ibi Bal. & cum eo omnes alij, Bertaz. consil. 22. & ita obseruantia est contra Bartolum, ex quo beneplacitum refertur non ad personam Iudicis, sed ad publicam personam, quam repræsentat: & hanc esse

veram opinionem, & tenendam in iudicando, Gomes. restatur, & Brun. à Sol. quæst. 28. num. 15. Beneplacitum tam ex parte cōcedentis quam personæ cui concessum est aliquando dicitur perpetuum, & si electa est industria personæ dicitur quoad viuet, cap. quem Abbas, de offic. deleg. cap. fin. de rescr. in 6. Dec. consil. 3. sub num. 5. col. 4. nec potest revocari nisi noua, & iusta causa superueniente, Bolog. consil. 2. num. 12. 13. 114. & 115. licet in consil. 3. sub num. 15. aliter referat per tex. in l. fideicommissaria libertas, ff. de fideicommiss. liber. vbi concessa ad libitum possunt revocari etiam sine causa, vt not. Bart. in l. alio, ff. de alien. & cib. leg. & trad. Alexand. in l. si sic, de legat. 1. & tamen in concessione officiorum secus est, vt idem Bolog. respondit d. consil. 3. num. 116. & num. 118. tradit differentiam, quia aliud est concedere ad libitum, seu ad placitum, aliud ad beneplacitum, quod de sui natura importat voluntatem frāno rationis submissam, & ex hoc apparet, quod nisi legitima subsistente causa, officialis non poterit remoueri, vt supra, & ab hæreditibus concedentis, vt plures allegat idem Bolog. dicit. consil. 3. num. 120. & cum plur. seq. vbi sub num. 124. ampliat etiam quod officium concessum fuisse cum clausula quamdiu concedenti placuerit; allegat Guid. Papæ, Decisio. 195. & quod cap. si gratiosè, de rescript. habet locum in beneficijs, non autem in officijs, vt ita tenere ait, Cal. consil. 3. Marc. Mantua Decis. 113. & alios per eū citatos. Et Beneplacitum sub nomine dignitatis durat perpetuo, at sub nomine proprio finitur morte, vt in cap. si gratiosè, de Rescript. in 6. Gaspar Caball. Milleloq. 995. par. 2. cum ibi per eum adduct. Et in hac materia Beneplaciti vi. Bal. in l. meminisse, col. 2. ver. Quarto, ff. de offic. Proconsul. & leg. & quod in gratijs, & beneficijs Beneplacitum non intelligatur perpetuum, Put. de synd. in verb. successor. in officio. cap. 2. versic. si Princeps, num. 6. & quod an morte extinguitur, vi. Bart. & Doct. in l. centesimus, §. ita stipulatus, de verb. oblig. Didac. Couarru. varia. resolut. lib. 3. cap. 15. col. 1. 2. & 3. Gomes. varia. resolutio. lib. 1. cap. 8. num. 5. Menoch. de arb. quæst. 69. & ibi in no. Add. Nunquid per deportationem ad beneplacitum sit locus restitutioni dotis, vt in casu mortis viri, cum deportatio æquiparetur morti, vt per Brun. à Sol. loc. supra cit. & dicitur quod sic, tex. in l. si marito, ff. solut. matrimon. & insuper nota quod bannitus sub conditione videlicet ad beneplacitum alicuius in dignitate constituti, celante dignitate, bannum resoluitur, cap. gratiosè, de rescript. in 6. Gozad. consil. 22. Couarru. lib. 3. cap. 5. per tot. vi. Capic. Decis. 116. num. 6. Boet. 32. Decis. 149. num. 14. † & qui exilium frangit, regulariter tenetur exulari per tempus duplicatum, exemplo eius qui ob tempus non seruatum condemnatur in duplicatis inducijs, Institut. de except. §. hodie autem, Peguer. quæst. crim. cap. 41. Bald. in l. 1. in fin. C. de Monopol. & de penis, quæ hodie sunt in vsu, vide Clar. quæst. 64. vbi iuxta casus contingentiam in practica inuenies: in criminalibus verò non conceduntur inducijs, Gloss. ordin. 3. quæstio. 2. in Summa Roman. singul. 698. Euerard. in sua Centur. loc. 77. lit. A. & B.

33. † Verum pena de iure communi ferè omnes per statuta locorum, vel Principum decreta sunt hodie vel aucta, vel diminuta. Ideoq; statuta sunt bene, & diligenter consideranda, & vidende sunt constitutiones, & proclamata Principi, & illa servanda, vbi statutum non loquitur, vel si sunt correcaria

- 34 rectoria statuti, † quia leges Principis dominantis sunt loco iuris communis, vt inquit D. Borgn. Caualec. decisi. 35. per tot. p. 1. Bart. & Ias. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & in l. cunctos populos, C. de sum. T. trin. & fid. Cath. nisi capitula hanc tollant dubitationem, vt Fiuizani anno 1547. Sed Bargae caueretur expreſſe à statuto, vt in casibus omisſis à statutis Bargae recurritur ad ius cōmune Romanorum, vide Caualec. decisi. 12. par. 3. & in proposito multa ſpecialia ponit Fab. à Monteleo. in ſua prect. arb. par. 4. per tot. & demum recurritur ad ius cōmune. & capitula quā habent vim con tractus ſunt ſeruanda etiā in foro poli, ait Gomes. var. refol. c. 10. ſub num. 3. ver. ſed attende, tom. 2. car. mihi. 198. vbi alleg. S. Thom. 2.2. q. 96.
- 35 † Quotiescumque autem pena est arbitranda, tunc debet ratio haberri qualitatum delicti, & per ſonarum, vt inquit Gomes. var. refol. tit. de delict. c. 6. num. 4. quia ſenectus, iuuentus, furor, ebrietas, ira, ignorantia, magna virtus, & excellētia Reip. vii. in delictis leuibus, & grauibus excusationem praeflant, Clar. q. 60. per tot. ſecus in delictis penſatis, & præmeditatis, & ſi quis eſſet ſolitus delinquere, vel delinquere in perſonam publicam, vel in magna dignitate conſtitutam, Abb. in cap. ſuper ſpoliatione, de ord. cog. & infra dicam.
res, ff. ad leg. Aquil. 64. si laqueo rupto suspensus ceciderit è furca, Luc. de Penna in l. 1. col. 7. veri. sed pono, C. de desertor. & occul. lib. 12. & ij casus 64. sunt quos ponit Tiraq. in d. suo tract. de pœn. temper. quos limitat, & declarat, prout per te vi-
dere potes. Ipse verò de ijs quæ frequentiori vñ occurunt dicere proposui. Et redeundo ad mino-
rem ex quo materia est valde quotidiana, in ma-
teria statutorum quæ volunt minorem annorum, puta octodecim, haberi pro maiori in ciuilibus, an utique procedat in criminalibus, vide Tiraq. caus. 42. Plac. epit. delict. cap. 32. num. 12. Natt. cō-
sil. 542. num. 19. vol. 3. Gomes. var. resol. de delict. Farinac. de inquisit. quæst. 11. num. 29. de accusat. quæst. 15. num. 52. Bertazol. consil. 118. lib. 1. Ca-
ualca. decis. 5. num. 7. & 53. decis. 11. num. 38. de-
cis. 42. num. 50. Cephal. consil. 708. num. 17. vol. 5. Rot. Luc. decis. 91. num. 2. & alias similes causas tradit Clar. quæst. 60. Dec. in l. ferè in omnibus, de reg. iur. & Guid. Pap. d. decis. 206. num. 14. vbi tres principales causas assignat, & sunt conditio perso-
nae delinquentis, ignorantia, & facti inconsulta-
tio, hoc est ira repentina, aut immensus dolor; &
quoad conditionem comprehenduntur hæc, atas scilicet minor, l. auxilium, ff. de minor. senectus, l. 2. ff. de term. mot. dignitas; l. aut facta, ff. de pœn. & id quod sup. de nobilitate dixi, & egregia facta, Menoch. de arb. quæst. 92. num. 9. Put. in verb. pœ-
na, cap. 4. sub num. 7. cap. 5. num. 5. cap. 6. per tot. vbi enumerat omnes causas, quæ faciunt mino-
rari, seu alleuiari pœnam, ad quem breuitatis gra-

tia recurrentum est. Item quando quis est valde utilis Reipubl. Dec. in cap. de causis, de offic. iud. deleg. Bart. in l. ad bestias, ff. de pœn. fallit si contra Rempub. grauiter deliquerit, quia indignus est au-
xilio, qui in auxiliatorem delinquit, l. auxilium, in fin. ff. de minor. Plac. epit. delict. lib. 1. cap. 33. num. 3. Item etiam comprehenduntur fatuitas, rusticitas, ebrietas, infirmitas, prouocatio honoris, quæ excusat si nō in totum, in maximam partem, quādo ira non fuit affectata, DD. in l. Diuus, ff. de offic. præs. Abb. in cap. 1. extra de ijs qui fil. occid. Dec. in l. quicquid calore iracundiae, de regul. iur. Grammat. vot. 19. num. 4. Clar. d. quæst. 6. vers. sed quæro, & ibi Batar. num. 36. Mars. in l. repeti, de quæst. & similes causæ, de quibus per Clar. latissi-
mè d. quæst. 60. per tot. Iudex autem noster se in-
formabit de qualitate, & natura illius qui calore iracundiae allegat delinquisse, quoniam ei arbitria-
rium est iudicare quantum calor durare in isto po-
tuit, Menoch. de arb. cas. 319. Thesaur. Decil. 178. Notandum tamen quod prouocatus etiam facto non effugiet pœnam arbitriariam, si prouocantem fugientem inseguuntur sit, & illum occidit: nam magis ad vindictam quam ad offensam necessaria-
riam occidisse dicitur, per l. si adulterium, §. Im-
peratores, & ibi DD. ff. de adult. Cagnol. in l. quic-
quid calore, nu. 8. de reg. iur. & de ignorantia pro-
batur in l. 1. ff. de sifar. per Sfort. Od. de restitut. in
integr. quæstio. 8. artic. 9. num. 64. quæ tamen non
excusat in delicto iure naturali prohibito, 2. q. 4.
cap. si quem penitenterit, §. notandum, l. 2. §. 1. de
iur. & fact. ignor. Put. in ver. pœna, cap. 8. & de re-
pentino dolore est text. in l. absentem, §. vlt. ff. de
pœn. & de ijs, ac alijs causis minuendi pœnam lo-
quitur Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 8. nu. 24. & 25.
& in Principe loquitur num. 14. 15. & 16. eod. iur.
car. 121. & Fab. à Monteleo. in dict. sua pract. arb.
part. 5. ver. quæ sint iusta causæ pro pœna mutan-
80 da, fol. mihi 448. † vbi an causa affectionis eius proximi, vel obedientiæ precepto sui majoris, pu-
ta patris, aut domini excusent nu. 22. & 25. Paul.
Ghirl. de relaxat. carcer. tit. de compo. pœna. quæ-
81 stio. 3. num. 3. fol. 311. † Aliter enim puniuntur dolosi, aliter casualiter delinquentes, dolosi sem-
per in pœnam ordinariam, & quandoque maiorem propter atrocitatem delicti; Alij verò non sic, sed in mitiore pœnam, Fab. à Môteleo. d. pract.
par. 4. nu. 46. & 47. & vide omnino Put. in verb.
82 pœna, cap. 4. & 5. num. 5. vbi † ratione multitudi-
nis pœna minoratur, dict. l. aut facta, §. fin. de pœn.
& quod multitudine gentium non dicitur nisi ex-
cedat numerum 50. & facit in propos. Felyn. in c.
dilectus, col. 4. de rescript. Idem Put. in cap. 6. qui omnes causas alleuiani pœnas recenset, & cap. 8.
nu. 1. 2. 3. & 4. cum seq. vbi propter inopiam proba-
tionis, & quando ex præsumptionibus quis cō-
demnatur, vt per Bald. in l. fin. C. de probat. & in l. Presbyteri, C. de Episc. & Cler. in l. si fugitiui, C.
83 deser. fug. Put. in ver. pœna, cap. 8. num. 9. † Adde si delictum sponte confiteatur, quoniam confessio solet minuere partem pœnae, Bart. & Salyc. in l. eum qui, ff. de iniur. Bart. in l. Mævius, §. duobus, de legat. 2. & ad quæstionem si quis primò confessus est, & postea negavit, vel è contra an-
locus sit beneficio minorationis pœnae, vide Bald. in
tit. quæ fuit prima causæ benef. amit. num. 10. in
vñ Feudo. Petr. Caball. 56. & dixi in 3. par. nu. 562.
& in hac num. 102. in fin. sed si pœna est ipso iu-
re imposta, tunc confessio non prodest post ne-
gationem, nec ante, Bart. in l. nam quod, §. 1. ff. de
pœn. leg. Afin. pra. §. 7. ap. 5. limit. 83. No. han cli-
mit. ad ea quæ in proposito de hac re fatis dicta
sunt

- sunt supra in 3. par. sub num. 202. ver. Redeundo, & ad hæc, vi. Causalca. Decis. 8. num. 29. p. 1. Barb. in auth. sacramenta puberum, num. 60. 61. & 65.
- 84 C. si aduers. vendit. † Item pax & remissio in cæteris casibus minuunt poenam, latissimè per Clar. quæst. 21. & quæst. 58. per tot. & tādem vide Tull. Rector. quem allegat Put. d. ver. poena, c. 6. col. fin. vbi sexdecim rationes esse dicit, quibus prouocantur superiores ad miserendum.
- 85 † Causas modò augentes poenam propter frequentiam, & immanitatem delicti, recenset Car. in clem. 1. §. quæ omnia, de poen. tex. in l. Presbyteri, C. de Episc. & Cler. tex. in l. aut facta, in fin. ff. de poen. Luc. de Pen. in l. 1. C. de Collocon. Illyriac. lib. 11. Felyn. in cap. Canonum statuta, nu. 4. de constitut. Put. in verb. poena, cap. 8. Alphons. à Castr. lib. 2. de potestat. leg. penal. Guid. Pap. d. decis. 206. num. 15. vbi ad duas causas eas reducit, de quibus suprà, nem pè ob atrocitatem delicti, l. quidam, ff. de poen. l. Presbyteri, C. de Episc. & Cler. Clar. d. clem. 1. §. quæ omnia, & ibi glos. de poen. Altera causa est propter delicti frequentiam, d. l. aut facta, in fin. ff. de poen. Bald. in l. quicunque, C. de ser. fugit. & in l. si quis non dicam rapere, col. 3. C. de Episc. & Cler. sed ex alijs pluribus causis poena augeri solent. Nem pè ratione loci, in quo delictum commissum est, vt in locis Sacratis, in Ecclesijs, coram Principe, vel in eius palatijs, Cason. de indic. & tor. tract. 4. tit. de indic. homicid. q. à loco, vel in Prætorio, vide in 1. par. sub num. 147. & 199. vi. tex. in l. Ancillis, vbi Bald. C. de incest. Nup. Ana. e. in tantum, num. 7. de collus. detegen.
- 86 † Hinc in practica scias, quod statutum punies delictum factum in domo, maiori poena, quā si fieret extra domum, l. lex Cor. §. domū, ff. defurt. debet considerari an factum sit in scalis, ostio domus, eutili, aut horto domui contiguo? & resolutiū dico, quod in penalibus regulariter non sit extensio, cap. odia, de regul. iur. in 6. imò verba sunt propriè & strictè intelligēda, l. 1. §. si is qui natus, ff. de exercit. act. l. 3. §. hæc verba, vbi Bart. de neg. gest. l. cum lege, vbi Aret. de testa. Roc. de Curt. inter cons. crim. diuers. consil. 61. num. 26. & Bonacoss. in suis quæst. crim. super statu. in ver. extensio, in fin. ait, quod adhuc lis est sub Iudice, ap. extensio fiat in penalibus, sed intellige, vt sup. nu. 44.
- 87 & 48. † Qua de re dico, quod domus constare dicitur de solo pariete, id est muro, & tecto, l. eum qui ædes, ff. de vsucap. & quicquid intra muros domus est, dicitur contineri appellatione domus, igitur statutum poenale loquens in domo habet locum in domo communī, Ias. in l. serui electione, §. Labeo, num. 28. Bart. in l. 1. C. qui testa. fac. poss. Petr. Caball. cat. crim. 106. & locum habet in ostio dictæ domus, & multò magis intra ostium, Capol. de ser. vrb. præd. c. 48. num. 2. per l. aqueductus, & l. seq. ff. de contrahen. empt. l. si vendor, §. firmiū, ff. de act. empt. intelligendo de ostio proprio domus, & non de anteostio, puta si ante domum sit viridarium, vel area murata, vel sepe circumdata, & ibidem primum ostium. Hac ratione cessat dubitatio si delictum factum sit in scalis, quoniam scalæ, quæ sunt intra domum, seu intra ostium proprium domus, nulli dubium est, quod sunt in domo, d. l. eum qui ædes, de vsucap. sed difficultas est de scalis de foris, tamen domui, seu muro domus affixis; sunt enim quedam domus, vt rurales, in quas ingreditur per scalas, quas habent extra domum, & hoc in casu si quis offendat in scalis extra domum non punitur, ac in domo deliquerit; idem Capoll. tit. eod. de ser. vrb. tit. de scalis, vbi infert, quod etiam debitor poterit capi in ijs scalis exterioribus, num. 8. & alleg. l. fistulam, vbi Bart. Bal. & alij eod. de ser. vrb. & ibi Floria. verum cum nulla alia scala sit introeundi dominum, nisi hæc de foris, statutum habet locum etiā in istis, ne videatur superfluum, l. si quando, in princ. de legat. 1. Nam vbiunque dispositio tenta verborum proprietate, vsque ab initio valere non potest, ex tunc impropriè sumitur, vt aliquid operetur, l. Scœuola, ad T. rebellian. l. Titia. 1. §. Lucius, de legat. 2. ad hæc omnia vide Bart. & alios quos adducit Ias. in l. serui electione, §. Labeo, num. 28. de legat. 1. & Angel. de Malef. in ver. & fecit insultum, vers. quid autem si statutum. An autem Domus conducta comprehendatur appellatione Domus, & idem Angel. tenet quod sic, per liqui Domum, ad leg. Iul. de adult. l. 1. §. Domum, ff. Aleæ lux. aleat. l. lex Cornelia, §. Domum, ff. de iniur. vbi Bart. & Alciat. similiter habet locum in Domo Communī, Ias. in l. serui electione, §. Labeo, num. 28. de legat. 1. Bart. in l. 1. C. qui testam. 88 fac. poss. Aug. ad Ang. in ver. Platea, num. 5. † Sud statuti pena non haberet locum in offendente in horto, vel area, quia in materia penali non sit extensio, licet in fauorabilibus, & penalibus appellatione domus continetur area, hortus, & alia ibidem adiacentia, muris, aut sepe circumdata, Flor. in l. Olympico, de ser. vrb. præd. l. cetera, §. hoc Senatusconsultum, ff. de legat. 1. vbi Bart. & appellatione domus pariter venit porticus, non sic in penalibus (intelligendo de porticu extra domum,) † quia factum in isto porticu, non dicitur factum in domo, sed ante domum, l. 1. §. in flamine, ff. de flum. sicut non dicitur factum in domo, quod sit extra, & propè serraturam ostiū domus, 90 Bart. in l. 1. ff. de cloac. † Quid si delictum fiat in apotheca, & si est in domo, vel domui adiecta, etiā dicitur factum in domo, dict. l. eum qui vedes, ff. de vsucap. & DD. in l. cetera, §. hoc Senatusconsultum, de legat. 1. iecus si apotheca non sit adiecta domibus, sed separata, vt est pergula, & apotheca, & officina, assiduum, vel etiam murata, in qua artifex assiduè non moratur, puta bibendo, & dormiendo, & pro domo, & apotheca simul ibidem habitando, DD. in l. cum pater. §. mente, de leg. 2. l. prædijs, §. pater, de legat. 3. l. qui tabernas, ff. de contrahen. empt. vt de more pauperum sartorum, & sutorum, & similiū, at si apotheca esset adiecta muro domus, vt Mediolani illæ, quæ circa Palatium Illustiss. Gubernatoris sunt adiectæ, non veniret statutum pena de delinquente in domo, & idèo huius meū teneo factum fuisse Decretum Mantua, Ann. 1541. in quo delictum factum in apothecis dicitur factum in domo, & in hoc statutum est. † Item si statutum puniat delictum factum in via, vtique locum habet si fiat in semita aliqua, & è contraria, Fab. à Monteleo. dict. pract. arb. 4. par. f. l. mihi 232. & in 6. par. fol. 488. vbi etiam de delicto facto in mari, vel in insula, & quid super tremibus, standum est propriis constitutionibus, vel consuetudini; tamē delictum in mari factum puniendum est ab illo cuius est Ciuitas maritima, vel iurisdictio. Nam Ciuitates maritimæ habent iurisdictionem etiam in Mari, vt Liburnum, Genua, & alia, Iacob. de Beluis. pract. in cap. Roma. §. contrahentes, num. 19. de foro compet.
- 91 92 † Quid si statutum dicit, quod si quis rapuerit puellam de domo sua puniatur, & rapta sit extra domum? & videtur quod non habeat locum per rationes adductas in praecedentibus articulis, vide Bonacoss. in suis quæst. crim. super stat. in ver. raptus, & ibi Baiar. ad Clar. in ver. raptus, vbi infert ad multa, & ibi sub num. 15. dicit exculpatio-

- nem raptæ prodeſſe rapienti, cum iuramento, M. ſca. de prob. concl. 1253. nu. 25. & Mars. conf. 61. nu. 23. Quid ſi ē domo rapuerit, & penitentia du-
etus statim in domum restituit? vide ad hæc Fab. a Monteleo. d. ſua pract. arb. p. 4. & Iac. Nouell. in tract. ad defensam, nu. 127. & Deci. pract. cri. li. 8. c. 12. & 13. tom. 2. ſi ſteti in puris terminis excu-
ſatur. Nam primi motus non ſunt in noſtra po-
teſtate, Gram. conf. 56. nu. 17. & 18.
93. † Quid ſi ſtatutum dixerit, ſi quis conuicium, vel iuſtum fecerit ad domum alicuius, an factū extra domū vel propè domum, utputa ante oſtiū, & in porticu ante domum, ſeu in area, platea, aut horto domui contiguis, dicatur incurtiſſe penā? & dicitur quod ſic, per l. 1. §. in flumine, ff. de flu. Bar. in l. 1. ff. de cloac. vbi Alex. Bart. Pau. de Cast. & alij in l. cætera. §. Senatus, de leg. 1. Bar. quoq; in l. cætera, in §. hoc Senatus consultum, de leg. 1. vbi Alex. Iaf. & alij.
94. † Item habetur ratio ſcandali, quia ſcandalū pu-
blicum eſt cauſa augendi penā; nam vñ homi-
ni illi, per quem ſcandalum venit, & qui ſcandali
zauerit vñ de pufillis iſtis, expedit ei vt mola aſi-
naria ſuspendatur in collo eius, & demergatur in
profundum maris: Matt. c. 18. c. nihil prodeſt, de
preſe. & c. qui ſcandalizauerit, de reg. ju. eſt tex. in l.
omne, §. in acie, de re mil. & ea qua exēplo malo
grauiora ſunt, tolerari nequeunt, l. ſi quis aliquid,
95. §. qui abortione, ff. de pen. Hinc eſt † quod ratio
ne mali nomina testiū reticeri poſſunt, & nō edi-
ſcandali cauendi cauſa, tex. ting. in c. fi. de hære. in
6. Abb. in c. cum I. & A. de re iu. & Alb. Brū. in 3.
vol. ſtat. ait, quod illa ſtatuta, qua mandant quod
nomina testiū ſtent ſecreta vñque ad iuramentū
iſorum ſunt bona propter timorem ſubornatio-
nis, & quod notarij qui non tenent ſecretum cri-
mine falſi ſunt puniēdi, per l. ſi quis aliquid, §. in-
strumentum, ff. de pen. ſic Bru. vbi ſup. in ver. ſta-
tuta terrarum, ad hæc vi. omnino D. Farin. in ſuo
tra. de test. q. 73. ſub n. 20. cū ſeq. vbi pro. & cōtra.
96. † Item ratione tēporis augetur penā; vt in heb-
domada ſancta, in festiſ Paschalibus, & etiam in
tempore publicæ latitiae, vt ſup. in l. p. nu. 53. cum
plu. ſeq. & eſt rub. C. publ. latit. & c. lib. 12. & vide
Ang. conf. 217. nu. 7. Pau. Ghirl. de relax. carc. q.
6. & Fab. a Monteleo. d. pract. 4. p. nu. 51. & 52. di-
cit, quod ſi principium fuerit licitum, & ex eodē
facto incederit in finem illictum, tunc quiſ penā
ordinaria non tenebitur, Euerar. cēt. in loco a vir-
tute finis, in prin. Fran. Mar. decif. 7. 10. vo. 1. quia
pugna non coronat, ſed finis & vičtoria, l. rē non
nouam, in fin. C. de Iudæis. Bald. & Cast. in l. dies
festos. C. de fer.
97. † Item penā grauior fit ratione personæ offend-
ſæ, vt contra Principem, vel eius Consiliarios, de
quib. loquitur tot. tit. ad l. Iul. Maiest. & in 2. p. ſub
nu. 110, multa in proposito traduntur, & nu. 111.
112. & 113. dixi etiam in pract. de test. p. 1. nu. 40.
Idem ſi contra personam Ecclesiasticā, vt tot. tit.
C. de cri. ſacrilegij, & pariter contra iudicem, vel
decuriones, & ſimiles personas publicas in digni-
tate coniitutas, DD. in d. l. quid ergo, §. penā gra-
uior, ff. de ijs qui not. infa. Penā vero ſeditioſorū
eſt alege indicta vt l. 4. ff. ad l. Iul. de vi priu. Men.
de arb. cas. 266. nu. 4. & 394. num. 78. qui hanc eſſe
penā arbitriam dicit, & de diuerſis penis cō-
tra ſeditioſos. vi. plene Boer. tit. de ſeditio. & Dec.
in tra. delic. 10. 2. eo. tit. c. 19. n. 27. vñq; ad n. 39. At
ſi conciterit ſeditio, ea mente vt fiat contra Prin-
cipem, penā (proculdubio) eſt mortis vt ibi. Nobi-
lis vero magis punitur ex quo magis ex proposito
- facere præsumitur, l. dift. cap. ſanctitas, l. properā-
dum, §. ſi quid, C. de iudi. intellige quoad pœnam
pecuniariam, Damaf. reg. 62.
98. † Ultimo pœna ratione animi, & modi patran-
tis delictum augerit, ſi ex proposito, & animo de-
liberato in iſidijs proditorie deliquit, ſine cauſa,
ob propriam malam qualitatem, aut per pecuniā
aſſassinum commiſit, cum ſclopo, aut veneno oc-
cidit, & ſimilibus prauis, & dolofis qualitatibus,
de quibus ſupra in l. p. nu. 59. vñque ad num. 79. et
93. cum ſeq. & tot. tit. ad l. Corn. de ſicar. Pau. Ca-
ſtren. confil. 236. vol. 2. Pett. Caball. cas. crim. 97.
& de omnibus ſupradictis cauſis vide Put. in d.
verb. pœna, c. 4. 5. 6. & 8. vbi pulchre, & magistra-
liter loquitur. Et ſi extaret lex, vt Florentia anni
1562. die 22. Septembriſ. Quod de certis delictis
lapſo decennio, de alijs quinquennio, de minori-
bus vno anno, cognosci non poſſit, & ſic præſcri-
pta aetio intelligitur a die ultimi delicti, & non a
primo delicto. Bar. & doct. in Leum qui. §. in po-
pularibus, circa med. ff. de aleator. vbi præſcriptio
ſtatutaria locum habet, utroq; cauſe ſcilicet ne poſt
tempus ciuiliter, nec criminaliter agatur. & vi.
Bulb. de præſer. 4. par. 4. par. q. 2. Caball. casu. crim.
5. & inſra, & in materia l. fin. C. vt intr. cer. temp.
vi. Capic. decisio. 206. vbi de instantia cauſarum
criminalium, & Doc. in d. l. properandum. C. de
iudic. Aſin. in ſua pract. cap. 3. vetum de iure com-
muni de omnibus delictis cognosci poſteſt, vñque
ad viginti annos, vt l. querelam, C. de fal. Boff.
de accusat. nume. 30. vi. inſra in quinta parte, nu-
99. mero 173. de cauſis † alleuiandi, vel augendi pœ-
nas, & dicit ſub num. 8. quod delicta recentia gra-
uius puniuntur, quam antiqua, Put. in ver. pœna,
c. 4. num. 8. qua si lapſo decennio a die commiſſi
delicti minuēda ſunt, aut commutanda, Princeps
conſulendus eſt, Boff. de homic. nu. 112. & in tit.
100. de pen. num. 8. & 10. † ſicut etiam grauius pu-
niuntur delicta reiterata, idem Pur. c. 8. nume. 14.
Clar. q. 84. vers. ſed hic incidenter. Euerar. in loc. a
vi geminationis, quod ſi verum eſt valde punien-
tur lenones, qui quaſtum faciunt adolescentulos
vitij nefandis obijciendo, vt per Ouid. lib. 1.
amor. eclog. 10. de quibus aliqua dixi ſupra, & in
l. cri. lenocinij, C. ad leg. Iul. te adulſ. & in l.
fin. C. de ſpecu. & ſcenic. & lenoc. lib. 11. ubi licet
pœna ſit exilij, ne alios infenſent, tamen etiam
eſt ultimi ſupplicij, in auth. de lenoc. Farinac. de
indic. & tor. queſt. 43. num. 100. & uide ſupra ſub
num. 79. Foller. pract. d. uer. item quod fuit leno.
Sed quoad reiterationem, quia eſt materia quoti-
diana ſcire debes, quod reiteratione uerificatur in bi-
na uice, argum. d. l. boues, §. hoc ſermone, de uerb.
signif. Gram. mat. decisio. 16. & 36. Luc. de Pen. in
l. unica, num. 10. C. de ſuſcep. exactor. lib. 10. &
reiteratione delicti eſt adeo grauius, quod auget etiam
pœnam, quamuis reus de tali criuine alias fuerit
punitus, pulcre Anguisol. conf. 18. lib. 1. & ſi a ſta-
tuto pars penæ remiſſa ſit, ob coſfeſionem delicti
ſi iterū in idem delictū incederit, ſtatutū amplius
locū non habet. vt not. Doc. C. de epifc. & cle. l. 3.
pulcre Euerar. in ſua cent. in loc. 91. a vi gemina-
tionis. quam liminationem addo cas. crim. 56. D.
Caball. vt dixi ſup. p. 3 ſub n. 202. ibi & inter alias.
Et licet quis fuerit punitus, tamen reiteratione aggra-
uat pœnam. Sim. de Præt. cōf. 104. n. 25. & 46. vbi
ait, quod licet reus torturā paſſus, a penā ordinaria
fit exēptus, tamen ob reiterationē tenetur penā
illā ordinariā pati, aliud exemplū adducit Baiar.
ad Clar. q. 84. nu. 28. & 30. vbi limitat in de liatis
eiteratis, in eadem ſpecie, ſeu in eodem genere
O mali,

mali, ex quo delinquens hoc modo per binas vi-
ces, appellatur delinquens consuetudinarius, Grā-
ma. decisi. 16. & decisi. 36. intellige quando in eodē
genere mali in eadem persona, vel etiam diuersa,
diuerso tamen tempore. Sed vi. Ias. in l. si certis an-
nis. C. de pac. Add. ad Bertazol. consil. 213. lit. d. p.
1. in cri. Præterea nota quod si quis im petrauit gra-
tiam a Principe, aut remissionē ob delictum, si ta-
cuerit in præcibus se bis commisisse delictum, gra-
tia redditur inanis, & vacua, vt per obreptionem
obtentia. Cyn. Bal. Cast. ac alij commu. in d.l. 3. C.
de epis. & cle. Hinc Serenissimus Magnus gratias
concedere solet hac conditione si alias impetrans
non deliquerit, & quandoque pœna augmentur di-
spositione statutorum propter negationem, Ange.
in auth. de trien. & semiss. §. si autem, in fi. & quo-
ad reiterationem, per quam pœna augetur, locum
habet, etiamsi quis pluries fuerit punitus, Simon
de Præt. consil. 104. nu. 25. & 26. & Anguisol. con-
sil. 18. libro 1. declarat procedere in eodem genere
mali, & quod consuetudo sit probata, & non per
vulgi opinionē, & in duabus vicibus verificatur,

101 Gram. decisi. 36. nu. 9. † Iudex tamen in augendo
vel minuendo pœnam debet exprimere causam,
cur minuat, vel augeat, iuxta commu. DD. sent. in
d.l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de ijs, qui not. inf.
intelligunt de eo, qui est subiectus syn dicatui, vt

102 monet Bal. in d. §. pœna grauior, licet sententia
sine expressione dictæ causæ sit ethica, per l. 4. §. si
quis, ff. de re iud. Fallit si sententia fertur de consil-
lio sapientis, vt in statu Sereniss. magni Dicis, vbi
cauetur consultorem in facto, & in iure causam
allegare debere, sed in alijs causis si seruatur pœna
a statuto, vel a consuerudine introducta, non tene-
tur iudex exprimere causam cur ita iudicet; imò
fatuus iudex reputatur in hoc causam exprimen-
do, quia aperit viam aduersantibus, & malignan-
tibus impugnandi, cap. sicut, & c. cum Bertoldus,
de re iud. pulchrit. Farinac. d. q. 17. nu. 62. vbi mul-
ta in propos. adducit, sed iudici nostro nullo mo-
do necessitas imponitur, nisi in voto ante prolatio-
nem sententiæ forte recitado coram Principe, vel
in consilio secreto (quando opus est) sed circa augē-
dam, vel minuendam pœnam, an non obstantibus
supradictis hoc permittatur si statutum aut lex it-
rogat pœnam ipso iure? dic quod sic, Ludo. decisio.
Luc. 15. num. 60. pa. 1. & de clausula, ipso iure, vide
Menoch. de arb. q. 96. Farinac. de delict. & pœn. q.
17. nu. 23. Bonacoll. q. crit. super statu. in verb. iplo
iure, vbi ait, quod requiritur declaratoria, & distin-
guitan clausula ipso iure, adiecta sit temporis præ-
rito aut futuro, & vide Brun. in 3. vol. statu. in ver.
resteratio, quæ verificatur in bina vice, vt in 5. par.
sub nu. 275. Gram. decisi. 16. & 36. Luc. de Penn. in
l. vnic. nu. 10. C. de suscep. exact. lib. 10. Anguisol.
consil. 18. lib. 1.

103. † Quando autem vna pœna faciat cessare alterā,
ponit Dyn. in c. generi, & ibi addit. de reg. iu. in 6.
lit. P. Bar. in sua disp. Pisane ciuitatis, & DD. in l.
2. C. quæ sit longa cōsue. Ale. conf. 103. vo. 4. Ang.
de malef. in ver. caput a spatlis, ver. quid autem,

104. nu. 5. vbi dat istam doctrinā, quod quando † sta-
tutum dicit, quod procedatur de similibus ad simi-
lia, & in statutis non reperitur simile, tunc succe-
dat ius cōsue. intellige vt per Caual. decisi. 35. nu. 28.
29. 30. & 31. par. 1. & vide quæ supra dixi nu. 33. &
per consequens datur intelligi, quod statutum vo-
luit in subsidium imponi pœnam iuris cōsue, igitur
a pœna statuti recessum videtur, Barto. in l. 1. ff. vi.
bon. rapt. Sed quid si a iure non inuenitur imposi-
ta aliqua pœna? tunc arbitrio suo Iudex imponit, si-

cut si delinquens non esset capax pœnae indictæ de-
iure, vt infra dicam, & ita tener. Fel. in c. qualiter &
quādo, in 1. col. ver. 4. de accusat. & in c. postulasti,
de Iudæ. intellige vt inf. ver. porrō, nu. 109. Sed Sa-
ly. melius distinguit in l. qui sepulchra, C. de sepul-
chro violat, tamen sequere distinctionem Bartoli
tanquam clariorem in l. sanctio. ff. de pœn. vbi ait,
aliquando sunt duæ pœnae, vna generalis, & altera
specialis, & vna imponitur a lege, vel a statuto; &
altera ab homine, idest a Iudice, vt in præceptis
penalibus, & tunc vna non tollit alteram, sed con-
currunt, l. non dubium, C. de leg. Hinc dicimus
quod pœna conventionalis quando concurrit cum
pœna legali vna non tollit alteram, text. in §. vice
uersa, Institut. de util. stip. Faber in §. hæc autem,
Institu. si quadr. pauper. & in §. non solum. de ver.
obl. si vero utraque a lege vel a statuto pariter con-
currunt, quia eadem est ratio, l. illud, ad leg. Aqui-
ni si correctiū, quia generi per speciem derogatur,
d. cap. generi, Cacheran. decisi. Pedemon. 89. nu. 5.
& 6. Si vero utraque a Iudice, tunc vna sufficit, l.
Prætor edxit, ff. de iniur. & illa quæ sufficientior
est, l. respiciendum, ff. de pœn. Si vero ab uno statu-
to duæ imponuntur pœnae, vna generalis, & incer-
ta, altera specialis, tunc generalis non refertur ad
specificatam. Si vero ab uno statuto duæ imponun-
tur pœna certæ, & specificæ pro eodem delicto, v-
na generalis, altera specialis, tunc refertur ad speci-
ficatam, Dec. consil. 382. Lap. allegat. 88. num. 6. &
seq. car. 45. §. & sic specialis tantum imponitur. Si
vero sub diuersis legibus, vel de iure communi v-
na, & ex statuto altera, tunc utraque habet locum,
105 Barto. in l. 3. §. cum Titio, ff. de adm. leg. † vbi
dicit, quod si vnum statutum pro maleficio impo-
neret pœnam mille librarum, aliud pœnam quin-
quaginta, hoc vnum non censemur correctum per
aliud, sequitur Franc. Viui. comm. opin. in ver. sta-
tuum vnum, glo. 34. distinct. ca. fraternitas. Hinc
infertur ad duo statuta, vnum vult instantiam cau-
sa appellationis esse diérum 60. continuorum, alte-
rum statutum de appellationibus uult, ut in causa
appellationis procedatur qualibet die feriata, uel
non feriata, præterquā in honorem Dei, certè non
obstante statuto de instantia loquente hoc præua-
lebit, quia est conforme iuri diuinio, l. dies festos,
C. de fer. & iuri communi, quia vnum statutum
aliud declarat, l. non dubium, C. de leg. Socin. iun.
consil. 104. vo. 3. Alexan. consil. 42. vo. 3. Bertazol.
consil. cri. 557. vbi addit, nisi vna corrigat alteram;
in dubio tamen non præsumitur correctio, l. quo.
ff. de act. et obl. vel nisi vna suppleret alteram, quia
utraque concurrit, vt no. in c. at si Clerici, de iud. et
in l. 2. C. de spor. Aug. ad Ang. lit. A. Cep. conf. 14.
106 & est † regula quod nemo duplice pœna grauari
debet, at l. bona fides, de reg. iu. & facit Bal. i. l. cū.
C. de fur. & Farina. de accus. q. 10. nu. 56. & 57. vbi
pariter distinguit circa pœnas duas, & quæ principali
ter concrètes, & regulariter non debent concur-
rere, vt etiam tenet Bar. in l. 1. C. quan. ciu. act. cri.
præiudicat, & sublata vna altera manet, vt inquit
Farin. loc. cit. Hinc est quod ad fiscum spectat pro
bare utramque pœna concurrere, cum reus habeat
intentionem fundatam in regula, l. qui accusare, C.
de eden. sed si vna pœna venit accessoriè ad alteram
tunc principali extincta utique accessoria extincta
dicitur, vt per Farin. d. q. 10. nu. 47. vbi exemplifi-
cat, licet ad aliud propulsorū, facit Damas. reg. 23.
Fiscus tenetur probare qualitates a statuto requiri-
tas, vt sentit Iac. de Are. & Cyn. & alij in l. 2. C. de
prob. latè Masca. eo. tī in verb. qualitas, Afin. pra.
§. 29. c. 37. Pet. Cabal. cas. 125.

107 † Rursus dico, quod quando ambae pœnæ tendunt ad vindictam, & qualibet est sufficiens pro mensura delicti, iux. l. sancimus, ff. de pœn. tunc non concurrunt, nisi percipiatur quod cumulatiuè possita sint, Clar. d. q. 85. ver. debet, in fin. Gomef. de delict. c. 1. nu. 38. l. quoties, ff. de act. & oblig. Felyn. in c. quod olim, ver. quæro plures pœnæ, de Iudæis. At si de duabus pœnis una sufficiens non erit, tunc recurritur ad alteram, & isto in casu una per alteram non tollitur, ut firmat Bald. in l. nullum, vers. quærit glos. C. de test. Alex. ad Bart. in l. lex Cornelia, §. fin. ff. de iure iur. † & quando delictum est unum, & de duabus pœnis agitur (vt pro insultu, & vulneribus) pro eo, quod est maius pœna maior imponitur, & pœna minor confunditur, & cessat, Clar. in q. 84. ver. alias est casus, & dicam latius infra nu. 111. & in materia, l. nunquam plura. de priuat. delict. vi. Bolog. consil. 33. per tot. & quando pœna maior faciat cessare minore, trad. Bal. in l. quicunque, col. 2. C. de seru. fug. Sed si statutum mandat pœnas esse duplicandas, tunc si pœna erit amputationis manus, non potuerunt amputari ambae manus, sed una tantum, & pro duplicatione adhiberi pœna pecuniaria, Bald. in c. 1. C. de sent. pro eo, quod interest, quem refert Put. in verb. pœna, c. 5. nu. 4. Et in proposito duplicandi pœnas forte ob negationem delicti, statutum non habet locum in materia damni dati, Bald. & Alex. in l. certi, ff. si cert. pet. nec quando pœna est ipso iure imposita, Bart. in l. id quod seruo, ff. de pecul. legat.

109 † Potrò Iudex noster in imponendis pœnis informare se debet, quid iam in similibus obseruatum fuerit ab alijs, & ita similiter ipse judicare, l. cum de interpretatione, & l. minimè, ff. de leg. Fatin. d. q. 17. nu. 54. pulchrè Tiraq. de pœn. temp. aut remitt. nu. 3. 4. 5. & 6. quoniam in pœnis arbitrandis proceditur de similibus ad similia, Io. And. in c. si compromissarius, §. si. de elect. in 6. not. Cano. in c. ex literis, de cōst. pulchrè D. Menoch. de arb. q. 14. nu. 3. maximè quando casus est omissus, glos. in l. si id quod, de iurisd. omn. iud. & Put. in verb. pœna, c. 8. nu. 12. vbi si à lege inuenitur cautum, lex seruanda est, l. prospexit, ff. qui, & à quib. Sed ad hoc, quo ad iudices, qui carent Brachio Regio, vide Corn. cons. 114. lit. g. vol. 1. Barb. cons. 21. vol. 3. Cassa. in consuetu. Burg. §. 5. pag. 43. et alibi Burfat. cons. 94. nu. 4. & alios quos adducit Bonacoss. in q. crim. in 110 verb. pœna, ver. communiter. † Et hinc alia sequitur declaratio super auctoritate liberi, & absoluti arbitrij. Nam hodie ferè vbique locorum pœnæ statutaræ sunt tadeò tenues, & debiles, vt stante auctoritate liberi arbitrij, Iudex non possit recedere à dictis pœnis. & maiorem pœnam imponere, c. cognoscentes, de constitut. & ita intelligendi sunt Doctores in l. quid ergo, §. pœna grauior, de infam. & Put. in d. c. 8. nu. 11. & alij, qui aliter sentiunt, loquuntur in alijs iudicibus, d. l. prospexit, qui & quibus, l. 1. §. is qui nauem, de exerc. & l. quamuis, de in ius voc. qui non habent arbitrium liberum, & absolutum, sicut Iudex noster, dum modò pœna sit iuxta mensuram delicti, l. sancimus, ff. de pœn. habita consideratione ad causas, ob quas pœna augeri, vel minui debent.

111 † Pone quod adsint duo statuta, unum vetus, alterum nouum, quodnam attendendum circa modum procedendi, & pœnam imponendi? & resolu tiuè dico, quod si Iudex noster est munitus auctoritate liberi, & absoluti arbitrij, cum ista clausula, non obstantibus quibuscumque statutis in contrarium, quibus derogamus, de quo per Bart. in l. f. C. si contra ius, vel vtil. publ. & in c. 1. de rescript. & Menoch. de arb. q. 97. in fin. dixi suprà nu. 75. & fa-

cit Bald. in l. 1. sub nu. 2. ff. de pœn. quoad modum procedendi, si sint duo statuta, vnum quod in causis minorum procedatur vno modo, alterum quod in causis paupertum procedatur alio modo, attendendum est statutum minorum, quia causa naturalis prefertur accidentalis, Bald. in l. habet, ff. de tut. Alber. super 3. vol. statuto. in ver. statuta duo. Similiter quoad condemnandum, si vnum statutum imponit pœnam forensi centum, & minori quinquaginta, hoc in casu pœna minor attendenda est, l. in pœnalibus, cum concord. de reg. iur. & quando sunt duas causæ, una quæ prodest, & altera non, attenditur illa, quæ est secundum ius commune, Alber. vbi suprà, ver. statutum vnum. Sed deficiente tali potestate tunc si tempore delicti vigebat statutum nouum pœnam imponendo non copulatiuè, sed simpliciter, tunc attenditur statutum temporis delicti, tex. in l. 1. & ibi Bart. ff. de pœn. Dd. in l. 1. §. bona, ff. de iur. fisc. Præterea si antiquum statutum cum nouo conciliari aliqua distinctione non potest, tunc seruat nouum tanquam correctorium prioris, §. sed & posteriori, Insti. quib. mod. test. in fir. Castr. in 1. constit. C. §. quibus, & Alber. super stat. q. 19. par. 1. Caualc. decisi. 6. nu. 5. 6. & 7. par. 1. Franc. Marc. cons. 56. Dec. cons. 302. Ro. cons. 104. nu. 2. nisi vetus statutum sit iustius, & æquius, quia non attenditur prioritas, nec posterioritas, sed quod est magis iustum, Mars. in l. 1. §. si serui, nu. 29. de 112 quæstio. & † nota quod per statutum nouum apparet de mutatione pœna antiquæ, nihilominus quis dicitur accusari ex lege antiqua respectu specificationis delicti, licet puniatur secundum pœnam noui statuti, Bart. in l. 1. col. penul. vers. vltierius quo ro, ff. de pub. iud. Tiraq. tract. de leg. connubial. in l. 13. nu. 12. et Bart. in l. oës populi, 1. q. 5. distinct. ff. de iust. & iur. Clar. d. q. 85. ver. debet etiam, vbi in fine concludit magis communiter teneti, quod pœna statuti noui faciat cessare pœnam iuris communis. Nec ideò opus est, vt exprimatur pœna, quæ de iure communi est imposta, Alber. in 3. vol. statu. in ver. ius commune.

113 † Quid si pœna sit alternativa, puta corporalis, aut pecuniaria, in hac dubitatione sunt verba consideranda an dirigantur ad Iudicem, vel ad reum; si ad Iudicem, ipse eliget; si ad reum, reus eliget, Clar. d. q. 85. vers. solet etiam, Menoch. de arb. q. 84. Luc. de Pen. in l. si quis, C. de cursor. publ. lib. 12. Felyn. in c. inter cæteras, de rescr. Bald. in l. si fugitiui, C. de seru. fug. si verò verba statuti dirigantur partim ad Iudicem, & partim ad reum ipsum, electio erit ipsius rei, Felyn. d. c. inter cæteras, Abb. in c. a crupula, nu. 4. de vit. & honest. Cler. vide D. Menoch. de

114 arb. q. 94. & q. 87. nu. 6. † vbi dicit in pœnis capitibus ludicem non posse concedere electionem pœnae reo, fallit in Iudice nostro, Cano. in c. inter cæteras, de rescr. Sed ad vnum est aduertendum, quod in pœnis alternatiis Iudex debet inclinare in mihiorem partem, l. semper in dubijs, & l. semper in obscuris, vbi Dec. nu. 12. de reg. iur. Dyn. in reg. in obscuris, eod. tit. in 6. Bart. in l. Pedius, ff. de incen. rui. naufr. Put. in ver. pœna, c. 4. nu. 9. Item ad aliud est aduertendum, quod si statutum primò pœnam corporalem indicit, vel aliam pecuniariam, vel primò pecuniariam, postea corporalem, istæ pœnæ non sunt alternatiæ, sed subordinatae, & sic in subsidium, & quandocunque illa, quæ prior est in ordine, locum habere non potest; de primo est exemplum in eo, cui manus dextra est amputanda, vel tenetur soluere pecuniariam; nam si habet ambas manus, dextera venit cedenda, Bald. in com. ad statuta, ver. pœna; & punire, num. 20. & Bart. in l. hos accusatores, ff. de accusat.

nec potest se eximere per penam pecuniariam: de secundo est exemplum de eo, qui non habet in ære, luat in corpus, not. glos. in l. si quis id quod, de iur. 115. omn. iud. & in l. fi. de in ius voc. & ratio est, † quia a criminis qualitate delictum nomen assumit, Bald. in l. 2. C. de concili. At si statutum dixerit, quod imponatur pena corporalis, vel pecuniaria arbitrio Iudicis, tunc non erit pena subordinata, sed alternativa, & Iudex, quam malit eligere, potest; & considerata qualitate delicti, & delinquentis, eliget illam penam, quæ aptior, & proportionabilior erit, si fancimus de pen. Menoch. de arb. q. 90. num. 38. vide Put. in verb. pena, c. fin. nu. 9. & in delictis occultis, & nocturnis, quæ grauiora sunt, penæ augeri debent, l. 1. §. occisorum, ad Syllan. & fiunt idem statuta, pena duplicantia, tamen in statutis huiusmodi, male dicta, aut male scripta non comprehenduntur pro maleficijs de nocte comprehensis, Bart. in l. aut facta, ff. de pen. sequitur Alex. consil. 77. in 1. vol. & delictum factum vesperi, non comprehenditur in facto de nocte, distinguendo ut per Boer. decis. 254. nu. 17. contra Bart. vi. que inf. dicam in 5. par. num. 261. Nox vero naturaliter est quando in sero propter obscuritatem noctis cognosci, nec discerni recte potest, qualis sit homo ille quæ vides omniam venire, aut pertransire propè te, an sit Ioannes, vel Martinus, ita quoque intelligitur de mane diluculo ex quo in materia statutorum pena sunt magis restringenda, quam aliter ut ait Luc. de Pen. in l. qui agros, C. de omni agr. deser. lib. 11. nec consideratur in hoc, quod nox intelligatur occasio iam Sole, & aer est nubilosus, vel caliginosus, nam adhuc discerni, & cognosci potest homo qui sit, & illa obscuritas post occasum solis est accidens, sicut de Ecclipsi dicitur apud Arist. in suis Meteor. sed nox est cum post aue mariam de sero fit obscuritas ob noctem non autem per accidens licet Luna luceat, vel Claritas, ut in vere micantibus Stellis appareat. Nam Deus fecit duo luminaria magna vnum, quod præset Diei, ut Sol, alterum quod præset nocti, ut Luna Gen. c. 1. luminare maius, & luminare minus vi Bar. in l. 1. §. hoc autem Senatus, ff. ad Sylla. & Fely. in c. si perfodiens, de homic. Bonacossi. de statu. in ver. Nox, in tract. nu. 47.

116. † Ast pena semel electa à Iudice, vel ab eo, qui optionem habet, non erit amplius penitentia locus, Soc. in c. sicut Iudæi, num. 54. de Iuda. & Clar. quæst. 95. vide Cano. in d. c. inter cæteras, de resc. Iudex tamen noster potest morem gerere reo, ut ibi, nec tenetur seruare illam regulam, videlicet, quod in imponendis penis arbitrarijs intelligatur de pena pecuniaria, vt tenent Dd. quos Clarius allegat quæst. 83. ver. sed quæro, quoniam potest arbitrii etiam penam mortis, gl. in §. in summa, Instit. de iniur. Bald. in l. quid ergo, §. pena grauior, de infam, intellige si delicti qualitas exposcit, d. l. fancimus, de pen. Put. in ver. pena, c. 10. per tot. secus in Iudice carente hoc amplio arbitrio, in quo dicta glos. §. in summa, est communiter reprehæta, ut inquit Affl. decis. 270. Item potest punire loco pecuniaria penam corporali, & pecuniaria simul, iuxta casus exigentiam, Affl. decis. 276. Card. clem. 2. §. 2. de hæret. Put. d. ver. pena, c. 8. num. 11. vide Afin. tit. de religio. & sumpt. fu. §. & pena pecuniaria Menoch. de arb. eas. 286. Clar. q. 8. ver. vltierius, in fin. & si statutum penam corporalem indicit, & delictum ex qualitatibus, & circumstantijs aggrauetur, utique pena corporalis grauior, & non pecuniaria arbitrari debet; & econtra si statutum indicit penam pecuniariam, & delictum aggrauetur, ut suprà, tunc

maiorem penam pecuniariam arbitrandam est, & non corporalis, & hoc modo etiam procedetur de similibus ad similia, & haec conferunt supra dictis num. 109.

117. † Item stante hac regia autoritate, Iudex potest imponere penam confisctionis bonorum, l. r. C. ne sine iuss. Princ. Mars. sing. 397. num. 2. at Iudex inferior hoc facere non potest, ut tenet Bald. in d. l. r. & Nat. consil. 594. nu. 10. vo. 4. Azo. in sum. C. ne sine iuss. Princ. Calla. consuet. Burg. tit. quis confil. §. 1. Dec. in c. 1. & ibi Bald. C. de offic. deleg. idem in c. 1. ver. sed hic quero, de pac. tenen. Alex. consil. 116. animadueris statutis, col. 4. vo. 1. qui intelligi debent de Iudice, cui liberum arbitrium concessum est simpliciter, non autem de Iudice nostro, Cassa. loc. cit. vbi loquitur in Capitaneo Iustitia Mediolani, Roland. à Vall. consil. 99. num. 28. vol. 1. & ita distincte tenet D. Me-

118. noch. de arb. q. 93. num. 2. & seq. † vbi dupl. esse dicit confisctionem bonorum, vnam, quæ à iure determinata est, & hanc posse imponi ab inferiore à Principe, alteram, quæ non est in iure determinata, & hanc solus superior imponit; & allegat Salyc. in d. l. 1. C. ne sine iuss. Princ. hanc theoreticam docere; sed reuera, quilibet Iudex ordinarii (etiam habens arbitrium velit nolit) tenetur parere statutis, & legibus; difficultas cadit in eo, qui non est suppositus statutis, & legibus positivis, D. Menoch. de arb. q. 13. num. 1. & 2. satis dictum est in 1. par. quæ cessat in Iudice nostro per supradicta. Et dicitur confisatio bonorum, quæ non est determinata de iure ciuili, & venit accessoriè, ut de pena quoque dicitur per Angel. de malef. in verb. praesente Caio. num. 34. per Bart. in l. 3. in fin. C. si pen. app. & exemplificat Farinac. de inquisit. q. 10. num. 47. vi. in propos. quæ dixi supra nu. 27.

119. † Hinc infertur, quod Iudex virtute huius brachij poterit citare testem sub pena confisctionis bonorum, Bald. in c. 2. de test. cog. Nat. consil. 593. vo. 3. licet contrarium tenere videatur in consil. 194. eod. vol. sed potest responderi, ut suprà in præcedenti casu. Item obiectum sanari potest, si veritas aliunde haberet non potest, l. vnic. ff. de offic. Consil. quia necessitas non habet legem. Item si in præcepto sub dicta pena confisctionis bonorum insit hæc clausula, salvo iure creditorum, & legitima filiorum, ut in auth. bona damnatorum, C. debon. damnat.

Sed queritur num in bonis confiscatis veniant bona aduentitia?

Pro resolutione huius dubij sciendum est, quod duplex est species bannitorum, aliqui sunt banniti ad tempus, & isti æquiparantur relegatis, aliqui sunt banniti in perpetuum, & isti æquiparantur deportatis, ut est glos. sing. in verb. retinent, §. cum autem is qui, Instit. quib. mod. ius pat. pot. sol. & ibi ponit, quæ iura deportati amittant, & dicit amittere iura ciuilia, & retinere ea, quæ sunt iuris gentium, est etiam tex. in l. quidam, ff. de pen. l. inter penas, in princ. & l. relegatorum, §. siue ad tempus, ff. de inter. & releg. Alex. consil. 26. & consil. 75. vo. 1. Gand. de malef. in rubr. de bannit. in princ. et de deportatis habetur per Menoch. de arb. eas. 330. & Nat. consil. 666. col. si. & deportati habentur pro mortuis ciuiliter, d. §. cum autem, Instit. quib. mod. ius pat. pot. sol. & deportare nil aliud est, quæ bona omnia delinquentis publicare, Boet. inter tract. crim. diuerso. tit. de seditionis, q. 7. nu. 30. alij dicunt, quod deportare perpetuò bannite significat, cum confisctione bonorum, Brun. à Sol. in suis quæstio. rubr. bannitus an amittat beneficia iuri communis, &c. q. 16. num. 6. & 8. qui

ait, bannitos huiusmodi perdere iura ciuilia, quæ sibi competunt vsque ad bannum, non ea, quæ obueniunt post bannum; sic placet Nell. de bannit. 1. par. 2. temp. nu. 18. Viui. com. opin. tit. de malef. c. 1. tom. 3. fol. 145. & etiam stante statuto, quod bona banniti debeant confiscari, non comprehenduntur bona post bannum acquista, Alex. c. 15. vo. 1. Bonacossi. super statu. ver. banniti. ver. 3. licet Farinac. de delict. & pen. q. 19. nu. 15. & 16. cujus Claro q. 67. sub ver. deportatio, teneat quod illa pena deportationis hodie recesserit ab aula, præterquam in locis mariti mis, vt in Italia apud Ianuenses, Venetos, & Regni colas, Clat. vbi supra, & Bajar. ad eum nu. 17. hodie vero dicta pena est arbitaria, vt per Menoch. d. cas. 330. & Farinac. d. q. 19. nu. 25. in fin. & nu. 16. cir. fin. concludit, quod bannum pena capitii, aut furcam dicatur quedam tertia species, quæ non æquiparatur nec relegatis, nec deportatis, Osasc. decis. 105. & Claro q. 71. & Bonacossi. com. opin. crim. par. 1. pag. 14. vers. 3. incip. banniti nostri temporis.

Ex hoc est alteratio an statu. statuto, quod bannitus impune occidi possit, de omnibus indistincte loquatur? & resolutiue concludunt omnes statutum habere locum in bannitis contumacibus, quibus pena mortis irrogaretur, si in fortia iustitia venirent, nec post statutum maior pena imponatur, quam sententia imponat, vt unaqueque res secundum suam qualitatem intelligatur, l. eum, qui ædes, ff. de vñicap. Cœpol. consil. 5. in crim. & D. Menoch. de arb. q. 90. nu. 37. 38. & seq. & per Nell. de bannit. in 1. par. 2. temp. cir. princ. vbi tener tale statutum valere, & ita tener Gandin. in tit. de bannit. nu. 2. quia eti non licet de iure diuino, vel gentium hominem occidere, tamen ex causa licite fit permittente iure generali, vel particulari positivo, vt pruincia expurgeatur malis hominibus, l. congruit, ff. de offic. præf. & ne delicta remaneant impunita, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. nam sunt talia statuta introducta pro communis quiete, Bart. in l. opprimendorum, C. quan. lic. sin. iud. se vindic. Dd. quos allegat. Bonacossi. in quest. crim. super statu. in ver. banniti.

Modò ad rem nostram intelligendo de bannitis, qui impune offendit possunt, & de quibus ultra alios per Brun. à Sol. d. q. 16. nu. 9. Graff. de vñ. volunt. §. legatur, q. 8. Ludou. Cat. consil. 103. inter cons. diverso, glos. in l. 3. de bon. dam. an bonis eorum confiscatis etiam veniant bona aduentitia? & resolutiue dicitur quod non; ita tener Bart. in l. si finita, §. si de vñigalibus, nu. 12. vbi exact. Alex. ff. de dam. infest. sequitur Nell. de bannit. in 1. par. 12. temp. nu. 26. ver. fortius ergo, & nu. 27. Soc. iun. ab omnibus allegat. consil. 77. nu. 8. & 9. vbi etiam patri vñfructu & non queratur, vo. 2. cum eo. Ruin. consil. 24. vo. 4. Bertazol. consil. 49. vo. 1. Alexand. consil. 22. vo. 1. Curt. consil. 60. Paris. consil. 157. nu. 1. vo. 4. Item si inter patrem, & filium fuisse factum compromissum & laudum, quod de bonis, in quibus pater habet vñfructum, filius possit liberè disponere, per Abb. in consil. 66. vo. 1. quem refert Bajar. ad Claro. ita tenentem in §. fin. q. 78. vers. sed quid in aduentitijs, num. 55.

Item si pater non haberet vñfructum in aduentitijs, vt tenet Farinac. de delict. & pen. q. 24. nu. 8. & in propôsita questione plures allegat. Boer. decis. 7. nu. 10. cum seq. idem tenet per plura fundamenta Gomes. var. resol. tit. de contract. c. 15. num. 14. & 15. vbi respondet ad contraria per eum excitata, nu. 13. quæ possunt utique desertuire ambiguitati, D. Menoch. de recup. poss. remed. 9. nu. 84. limitat veram esse contrariam opinionem, quando filius bannitus capitaliter alium hæredem nō habet, nisi fi-

scum; et constanter tenet opinionem hanc tāquam magis communem & veriorem, Farinac. qui multos allegat in tit. de delict. & pen. q. 24. nu. 5. vbi ante nu. 6. recenset optimum fundamentum Gomes. vbi supra, nempe quod filius nullo modo potest alienare proprietatem bonorum aduentitorum sine consensu patris, & hanc opinionem in iudicando tenendam esse ait, nu. 6. vers. quibus non obstantibus, ea ratione, quia patria potestas habet quādam prærogatiuam, vt pater præferatur fisco: & ita tenet Bosl. de bonor. publicat. nu. 71. vers. de aduentitio, & hanc vti equiore tenendam esse arbitrator, ex quo confiscatio est odiosa, & stricti juris, Scrib. in auth. bona damnatorum, C. de bon. proscript. & idem tanquam penal, & odiosa est restringenda, Farinac. de delict. & pen. q. 25. sub nu. 21. quia ob bannum capitale delictum non remanet impunitum, & sat est legem habere suum effectum, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. si etiam ultra personalem penam addatur à statuto confiscatio bonorum, certe est punitio ad mensuram carbonum, quia est contra ius commune, d. auth. bona damnatorum, & semper debemus interpretari, vt ius commune minus lēdatur, quam fieri possit, Bart. c. 61. in princ. Io. de Ana. consil. 59. in fin. Dec. consil. 438. & alij quā plures allegati à Farinac. d. q. 25. nu. 21. quod non esset, si etiam in bonis aduentitijs confiscatio procederet, quia ius commune resistit, c. olim, de reg. iur. in 6. nemo enim duplici pena puniri debet, pulchritudo in propos. Affili. de prohib. feud. alie. per Federic. §. condemnatorum, num. 9. & penae sunt mollienda, non augenda, l. interpretatione, de pen.

Vetum limitant Doctores, primò hanc conclusionem locum non habere in crimine lēsa Maiestatis, d. authen. bona damnato. & per Clar. Bosl. Farinac. nu. 9. q. 16. Gomes. & alios supra citatos, & non videtur habere contradictem, licet Cachera. decis. 94. quādam in medium ducat, tamen concordat cum alijs Gigas tract. de crim. lēsa Maiest. quest. 11.

Secundò limitat si statuti verba apta essent comprehendere etiam bona aduentitia, quia non per extensionem, sed ex vi verborum, & mente statutum aduentitia quoque veniunt in confiscatione bonorum, l. non aliter, de leg. 3. Euerar. in loc. à ratio. leg. larga & ampla ad extensio. ipsius leg. per Dd. in d. auth. bona damnatorum, salvo tamen vñfructu patri, l. in penalibus, de reg. iur. c. odia, cod. in 6. Caualc. de vñfr. nu. 180.

Tertiò limitant si ita consuetudine interpretationem esset, l. minimè, de leg. quia cum statutum sit solemniter publicatum præsumitur moribus vñtrium approbatum, & qui contrarium dicit probare debet, Gozad. consil. 16. nu. 16. & consil. 27. num. 8. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. de publicat. 60. nu. 20.

Quartò limitatur si bannitus non haberet alium hæredem, nisi fiscum, quod dic vt per Gomes. d. c. 15. nu. 15. de contract.

A Alienatio facta ante delictum, coniunctis seu alienis ex titulo oneroso siue lucrario, non retratatur à fisco, nisi hæc concurrant; primò, quod facta fuerit tēpore quo vigebat inimicitia capitalis contra illum, in quem patratum est delictum, Blanc. de indic. num. 87. nam si delinquitum esset contra alium, cum quo nulla tunc temporis erat inimicitia, cessat præsumptio, l. omnes debitores, §. Lucius, ff. si quis in fraud. cred. Bart. in l. post contractum, nu. 1. & in §. præsumpt. de donat. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. nu. 155. cum alijs per eum adduc. amplia si esset controversia cum eo omnium, vel maioris partis bonorum, quæ æquiparatur inimicitia capitali, Menoch. de arb. cas. 239. nu. 11. Tiraq. in tract.

cessan. cau. sub num. 217. Item cessat si prouocatus quis delinquit, Bart. d.l. post contractum num. 11. in fin. Menoch. de arb. cal. 361. num. 34. Limita nisi si delinquens fuisset facinorosus, & mandatarius, nam ex malo omne malum presumitur, Menoch. presumt. 32. num. 5. lib. 5. Alciat. in l. post contractum, vbi est locus principalis huius materiae, sub num. 37. de donat.

Secundò, quod delictum tale sit, per quod bona veniant confiscanda, nam si quis delinqueret, & puniretur pena particulari, tunc non queritur alienatio sit facta in fraudem fisci, Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 156. hinc vidi Florentia in causa Bagnoni judicatum per D. Auditorem fiscalem, in causa cuiusdam qui atrociter blasphemauerat.

C Tertiò, quod alienatio sit facta omnium bonorum, vel saltem maioris partis; nam ex immensa donatione fraus presumitur, d.l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. cred. Peregr. de iur. fisc. num. 156. vbi ampliat quatuor modis; primò, si meliora bona alienauerit; secundò, si iuramentum interuenit; tertio, si etiam in pluribus vicibus, & non semel illa alienauit; quod declarat si ex causa onerosa, tamen haec non est tuta, si apparet de necessitate, & exigentia, vel si eset homo valde liberalis.

D Quartò, quod pretium non fuerit actualiter numeratum, secus si re ipsa numeratum sit, Alciat. d. l. post contractum, Menoch. d. presumt. 124. nu. 11. lib. 3. vbi fiscus usque ad complementum iusti pretij agere posset reuocatoria. Limita hoc quartum dictum nisi emptor fuisset particeps fraudis, Bart. d.l. post contractum, num. 3. & 8. I. ait Prætor, §. fr. audis, ff. de ijs, quæ in fraud. cred. vt per Boss. de pub. bonor. num. 47.

E Quintò requiritur, quod delictum sit securum non multum post tempus dictæ alienationis, Bart. in d.l. post contractum, nu. 2. Menoch. d. pres. 124. num. 5. & statut arbitrio Iudicis.

F Bonorum futurorum successio post bannum, & sententiam banni non spectat ad fiscum, sed ad bannitum, seu ad eius hæredes, tex. in l. si mandauero, §. is cuius, ff. manda. Bart. in l. 1. de bon. damnat. Clar. §. testamentum; q. 20. verf. & hec quidom, ratio est quia non amittit ea, quæ sunt iuris communis, Brun. à Sol. suis quest. q. 16. nu. 11. & 24. Mag. decis. 99. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. num. 46. lib. 5. tit. 1. num. 132. cum seq. per Bald. in l. 1. C. de hær. instit. & alios quos ibi adducit, & Bertazol. consil. 5. 10. num. 8. vbi communem opinionem ait, lib. 2. & plures allegat Gomes. var. resolut. tit. de delict. c. 14. num. 1. Farin. de delict. & pen. quæst. 24. num. 20. & q. 25. num. 138. Castr. consil. 56. vo. 1. & nota quod aliud est bannitum esse incapacem succedendi, aliud est esse indignum; nam primo casu bona futura post sententiam debentur venientibus ab intestato, d.l. si mandauero, per d. §. is cuius, ff. manda, quo casu bannitus facit partem ad commodum succendentium sibi, virtute iuris communis, aut statuti disponentis de successionibus ab intestato: vnde exclusi à statuto non participant de tali parte & commodo; secundo vero casu bona futura, quæ auferuntur bannito tanquam indigno applicantur fisco, l. Papinianus, §. meminisse, et l. cum talibus, §. fin. ff. de ijs quib. vt indig. & ita distinguit D. Farinac. d. tit. de delict. & pen. q. 25. nu. 139. vbi adducit etiam Nell. de bann. 1. p. 2. tempo. q. 39. & Peregr. de iur. fisc. tit. 1. per to. lib. 3. idem lib. 5. num. 132. & 133. Quid de bonis filij occidentis patrem, vel fratris fratrem; vide nouissime D. Petrum Caball. in suis cas. crim. cas. 10. & circa confiuationem bonorum scias quod si bona sint in diversis territorijs, illa sunt applicanda illi Domino

in cuius territorio sita sunt, vt quando sunt duo feudarij sub eodem Praeside Iac. de Beluis. in sua prac. tit. de fug. Reorum num. 37. dummodo ille Dominus habeat quoque ius confiscandi, Clar. q. 78. ver. sed hic quero cir. med. vbi Bajar. num. 143. cum mult. seq. Bertazol. consil. 82. num. 7. & seq. & Bursat. consil. 43. videtur contrarium tenere.

I 120 † Item Iudex noster poterit remittere penam applicandam fisco, Menoch. de arb. q. 96. nu. 6. & 9. & quando reus non est capax penæ ordinariæ, potest commutare unam penam in aliam æquè similem, Clar. q. 85. ver. fin. Iudex autem qui non habet hoc brachium talia facere non potest inconsulto su

I 121 periore suo. † Verum si statutum dicit, vt delinquenti amputetur manus, & illam non habeat, non poterit altera amputari, sed alia pena subrogabitur arbitraria, iuxta ea quæ suprà dixi num. 108. Dd. in l. si fugitiui, C. de ser. fug. Bald. Paul. Castr. & Doctores communiter in auth. sed nouo iure, C. de ser. fug. Euerar. in centu. loc. à priuat. ad habit. & dic. vt infra. Similiter de pena iustum funis; nam si quis est in genitalibus apertus, vel in spatulis, aut in brachijs, seu in manibus alia pena subrogabitur, dic vt infra num. seq. Item si alia de causa sit inhabilis, vt quia puer, infirmus, prægnans, vel senex, l. ferè, de reg. iur. Clar. q. 60. Dec. in l. pupillum, eod. tit. Gomes. var. resolut. tit. de delict. c. 1. num. 52. & 55. & Cagnol. d.l. pupillu. n. vbi pena extraordinaria puniri si malitia supplet ratatem, D. Menoch. de arb. iud. Gomes. de delict. c. 13. nu. 38. Io. de Ana. c. intellectimus. num. 7. de ijs qui fil. occid. ibi de muliere prægnante, quod possit condemnari pena ordinaria partu prius nato, Mascard. de probat. conclus. 1. 208. vbi qualiter prægnantia pro

I 122 beret; † Et hinc nota, quod pena exponentium infantes est arbitraria, vt est glos. in l. vnuquisque, C. de infan. expo. & circa amputationem manus iam dictum est, si quis non habet nisi vnam manum, vel alteram mancam seu aridam, quod pena commutabitur; idem si eset amputanda patri plures filios habenti, quos alit opera, & industria suarum manuum, quia miserationis causa pena eset commutanda, Put. in ycr. pena, c. 1. & 7. nu. 9. Mars. inter sing. 602. & si statutum expressisset de manu dextra, tunc potius eset cedenda sinistra, & minus damnosa, si quis debet manducare labores manuum suarum David ps. 127. ad hæc vide Euerar. loc. a priuat. ad habitum, & Grass. com. opin. c. 2. q. 19. car. 19. & Gomes. Reg. Cancellariæ, de annali, poss. q.

I 123. 48. pag. 293. col. 1. lit. c. † Sed pone, quod Iudex debeat seruare penam statuti expressam, si tempore delicti statutum punit vno modo, tempore vero sententia superueniat aliud statutum, addens vel minuens penam, nulla mentione facta de alia pena primi statuti, an attendatur illud primum, vel hoc nouum? & Bart. in l. omnes populi. num. 49. & Sot. de iust. & iur. inquit, quod propter adiectionem, vel diminutionem penæ sit attendendum tempus sententia, & non delicti, per l. penult. ff. de noxal. act. sed in pena ordinaria nec aucta, nec diminuta attenditur tempus delicti, vt per eundem Bart. in l. 1. ff. de pen. & vide Caccialup. in d.l. omnes populi. num. 156. & Crot. num. 144. de iust. & iur. in propos. Causalca. decis. 6. & decis. 30. in 1. par. vide quæ suprà dixi nume. 111. & 112. Veruntamen

I 124 † in dubio vt pena evitetur, attenditur initium, l. quod ait, §. lex ait, ff. de adulter. Dec. in reg. factum cuique suum, §. in penalibus. nu. 7. intellige si principium est licitum, & finis illicitus, alias attenditur quod licitum est, siue finis siue principium, Boss. tit. de defensio, reo. num. 7. de hoc dixi in 2. par. nu. 40. & 41. & in proposito si delictum est tractatum in

vno loco, & sequutum in alio quid juris? vide Boss. tit. de for. comp. num. 59. & infra vers. duodecimus casus est.

125. † Hinc queri potest an sit imponenda poena loci originis, seu domicilij, aut poena loci delicti; haec quæstio est quotidiana, quam ponit Clarus d. q. 85. in princ. vbi tres casus ponit, primus, si Iudex procedit contra statutum subditum, attenditur statutum loci, vbi ius dicit; secundus casus est, si procedit contra forensem, & pariter punitur iuxta statutum loci, ubi ius dicitur, si delinquit in iurisdictione Iudicis, tamen sub eodem Principe, quia iste forensis condatur iuxta statutum patriæ suæ, & ita totus mundus seruat, licet in procedendo seruetur statutum loci, in quo ius dicitur; tertius casus est, si Iudex loci originis vel domicilij procedit contra subditum, qui delinquit extra territorium, & iurisdictione domini, tunc semper vidi seruari opinionem Maria. in c. postulasti, nu. 16. de foro compet. quem Clar. allegat d. q. 8. ver. tertius est casus, in fi.

126. † Ipse addo quatum casum si subditus vnius domini delinquit extra dominium in subditum eiusdem domini, & tunc attendendum est statutum loci iudicantis, quia offendens & offensus subiacent eiusdem statuti dispositioni, Bart. & alij in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. Bald. in l. i. C. de sum. trin. & fid. Cath. & Ang. in ver. hæc est quedam inquisitio. nu. 83. & ibi Dd. quos Angelus allegat, opinio autem contraria locum habet, si offensus non esset æquè subditus.

127. † Quintus casus est si iste subditus delinquit in non subditum, & extra dominium, hoc in casu ius commune est attendendū, Clar. d. q. 85. vers. tertius casus, & videtur Bar. distinguere cum statutū simpliciter loquitur in l. cunctos populos, nu. 47. C. de sum. trin. & fid. Cathol. Alex. cōs. 111. vol. 2. Afflct. & alij quos Clar. adducit ibi. & in materia ista vide Clar. q. 39. ver. sed quæro nunquid, col. 3. & 4.

A. Et licet statuta vires non extendunt extra prouinciam, vt dicam nu. 133. tamen Iudex originis, subditum extra prouinciam delinquentem punire potest, Ang. de malef. in verb. hæc est quedam inquisitio, Boss. de foro cōpet. n. 182. testatur de communitate Cassi. in consuetu. Burg. §. 1. pag. 34. nisi iā alibi fuerit condemnatus, vel minus sufficienter, Baiard.

B ad Clar. q. 59. Ruin. cons. 84. n. 2. vol. 4. sed an statutum liget subditum extra iurisdictionē suam comorantem, si ibidem velit item mouere contra æquè subditum? videtur quod non, si coram ordinatio lis agatur; secus si delegatum poposcerit, tex. in Lex tenore, de foro compet. Rom. cons. 197. ybi interfert ad statutum Florentinū, Bart. Alex. Ias. & alij in l. i. §. & post operis, ff. de oper. nou. nunciat. ybi concludunt quod iurisdiction iudicis alieni sine consensus expresso domini eius qui prorogari vult ultius iurisdictionē prorogari potest circa ea quæ proprium & priuatum intereste respicunt. Et eō magis quando prorogans contraxit domiciliū in loco iudicis prorogati: dum tamē prorogat iurisdictionem ordinariam, non autem delegaram, nisi vtraq; parte consentiente in delegato, l. est receptum, ff. de iurisdiction. omn. iud. Marant. de ord. iud. p. 4. distinct.

128. pulchrē Surdus cōs. 87. per tor. vbi excipitur causa feudalism, quamvis Marant. loco cit. dicit non habere locum, quando apud dominum est reseruata iurisdiction; & opinio negativa procederet, quando subditus iret extra iurisdictionem ad locum, in quo non habet domicilium querere Iudicem nō suum, vel quando reus inibi forum non sortiretur, per l. actor. vbi Dd. C. de ord. iud. euam vbi causa restitu

C tionis ageretur, l. 2. C. vbi & apud quem cognit. restitu. agen. sit, & fallit i personis Ecclesiasticis, Maphæus in repet. l. si quis pro emptore, nu. 89. & 90. de usucap. vt sup. in l. p. sub nu. 267.

rant. in 6. p. actu 2. nu. 101. Et caue ne etrēs; nam iurisdictionis causa sapit naturam Zelotypiae: An autem valeat statutum, quod subditus vbiunque deliquerit tali poena & non alia puniatur, vide Abb. in c. fin. num. 90. de foro compet. & ne essentialia omittamus prorogatio debet esse in actu & in potentia, vt tradunt Doctores in l. ff. de iudic. & Iudex qui non potest substituere minus potest protogare, Sebastia. Mapheus in repet. l. si quis pro emptore, nu. 89. & 90. ff. de usucap. & in hoc proposito si quis relegare vult vel exulari facere subditum suū in aliena iurisdictione, id facere valide poterit, si penam cōtrafacient adjiciat. Caball. Cas. cri. 120. absque pena nihil agit, Jacob. de Beluis. prac. in ver. de fug. Reor. num. 44. vi. tex. in l. Relegatorum. §. si vero. ff. de inter. & releg. Doct. in l. exuta territoriū, cum glo. ff. de iurisd. omn. iud.

129. † Septimus casus, quando qui non est subditus delinquit in non subditum, vt inter duos viatores in aliena iurisdictione, qui ratione delicti subiacent foro ius dicentis loci delicti, vt est tex. l. i. C. vbi de cri. agi opor. Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & in l. i. & in l. cunctos populos, C. de sum. trin. & fid. Cath. & poena statuti puniri debent, Boss. in tit. de foro compet. nu. 46. & Clarus hanc esse verā conclusionem dicit d. q. 85. ver. secundus est casus, col. 2. & in fi. vbi quoad delationem armorum prohibitorum dicit Iudicem in mitiore partem inclinare debere, quando aliquo modo imputaretur ignorantia; verū cū ipso iure hæc arma sint prohibita, l. i. C. vt armorum usus inscio Principe sit prohibitus, existimo locum habere pœnam ordinariam, vt infra dicam, & in 5. p. nu. 314. secus de iure ff. quia de illo iure arma non sunt prohibita. l. i. & ibi. Bart. ad leg. Iul. de ui pub. vi. sup. in 1. par. & aliqua in 2. par. & differt dilatio armorum ab usu. Nā delatio præsertim itinerantibus negotiatoribus venatoribus, & huiusmodi videtur licita. vt l. 5. quis post hanc. C. de priuat. ædific. quamvis ratio sit diversa pro exportatione Bladaram, & colum natum, vt ibi. & nota quod lata sit interpretatio contra portantes arma prohibita & offensibilia, cum de iure communi usus armorum sit de genere prohibitorum, d. l. i. C. vt armor. usus. Secus de iure Digestorum, l. i. & ibi Bart. ff. ad leg. Iul. de vi publ. in verb. armorum.

130. † Octauus casus est, quando Princeps delegat alicui tertio causam sui subditi, qui deliquit non in iurisdictione Principis, nec illius Iudicis, puta si Dux Sereniss. Parmæ iustitia amator veller, ut procederetur contra suū subditū, qui deliquit in ciuitate Regij, & postea habitauerit in ciuitate Bononiæ, & obtinuerit à summo Pontifice saltem, vt in ciuitate Bononiæ cognosceretur de crimine, hoc in casu debet puniri non iure communi, nec statutario, sed aliqua pœna arbitria, cum nec ratione delicti, nec originis ibidem possit iudicari iuxta qualitatem delicti, l. sancimus, ff. de pœn. est materia auth. qua in prouincia, C. ut omn. obed. iud. & ybi cognitio est valde extraordinaria videtur pœnā etiam extraordinariā esse debere, l. hodie, ff. de pœn. & arg. l. eum qui edi. ff. de usucap. Tiraq. de retract. consang. glo. 18. nu. 21. & † per requisitionem Principis dicitur prorogata iurisdiction, pro qua facere videtur Alex. cōs. 166. vol. 7. & Boss. ut. de for. comp. nu. 71. & 182. Bart. in l. fin. C. vbi de cri. agi opor. Item si Iudex potest alium substituere, ac etiam si pars consentit in Iudicem incompetentem, dicitur prorogata iurisdiction, Farinac. de accusat. q. 7. nu. 4. Boss. de for. comp. Maphæus in repet. l. si quis pro emptore, nu. 89. & 90. de usucap. vt sup. in l. p. sub nu. 267.

Qualiter autem prorogetur iurisdiction tradunt Seba-

Sebastian. Vāt. de nullit. ex defect. iurisdict. & in t. qualiter sent. & processi. q. dic. null. nu. 76. 77. & 78. & seq. vbi tractat de iurisdictione ordinaria & delegata; de prorogatione, de tempore ad tempus, de re ad rem, de persona ad personam, & de loco ad locum. At iurisdictione delegata non prorogatur, Abb. in c. P. & G. de officio deleg. Dd. in l. C. de iurisdictione. Nat. cons. 82. Ruin. cons. 165. nu. 12. vol. 4. Nec per fideiunctionem de patendo mandatis protogatur, Pāris. cōf. 48. vol. 1. & intellige, ut per Cauele. decis. 1. nu. 10. p. 1. qui docet ne dicatur consensisse in Iudicem, ut fideiubeat de stando & patendo iuri causam suo iudicē competenti. Minus iurisdictione prorogatur per procuratorem non habentem speciales mandatum; c. cūm olim, de officio delegat. Guid. Pa. pa. decis. 285. Nota etiam, quod iurisdictione duplicit modo protogari dicitur, uno modo, quando Iudex potest aliuin in suum locum substituere, & altero modo, quando quis consentit in Iudicem non suum, Maria. in rubr. de for. compet. circ. prin. Bost. eo. tit. nu. 1. Farinac. de accusat. q. 7. nu. 4. Maphaeus in sua repot. h̄is qui pro emptore, nu. 89. & 90. ff. de vsu cap. & iurisdictionis prorogatio debet esse in potentia & actu, l. 1. ubi Doct. ff. de iudic. ideoq; si iudex non potest substituere, minus potest prorogare, d. l. si is pro emptore. vbi Maph. loc. cit.

131. † Nonius casus est, si delictum committitur in confinibus, vterq; iudex potest illum punire iuxta statutum suum, Bal. in l. si verò, §. quod si ex Mediano, ff. de ijs qui eiec. vel effud. l. 2. C. vbi de crim. ag. opor. Bost. de for. comp. nu. 60. vbi alleg. Maria. in c. proposuisti, vers. circa. 7. q. de for. comp. Bost. consi. 47. nu. 57. & ambos Clar. alleg. d. q. 38. vers. præterea, & in materia confinium vide Hiero. à Monte

132. in tract. de finibus. † Quinimò tres Iudices separati iurisdictione eodem tempore cognoscere possunt, videlicet Iudex delicti, originis & domicilij, siue ad instantiam partis, siue ex officio, secundum Clar. q. 39. ver. sed quero nunquid, col. 4. vbi dicit, quod unius procellus non impedit alterum, vide Baiar. 161. nu. 14. & 15. vbi quedam practicabilia dicit, sed oninino vidēdus Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. tit. de loc. delicti, c. 17. nu. 21. qui ponit non posse puniri pena statuti, eo quia delinquens in confinibus non dicitur delinquisse in prouincia, per Gomes. post Joan. And. in c. de temp. ord. & mixtu non comprehenditur in simple, Hip. sing. 238. & statuta non extenduntur extra prouinciam, Bart. in Lomnes populi, de iust. & iur. ideo pena est arbitria, auth. qua in prouincia, C. vt omn. ob. iud. nisi quatenus sint iuri communis conformia, & vide su prā num. 127. verū quod contra eundem uno eodemq; tempore possit tribus in locis, à tribus iudicibus processus institui ex eadem causa ad instantiam partis aduersa durum videtur. Nam actor semel vna via electa illam prosequi debet, l. si mulier, §. fin. ff. quod met. cauf. & vbi iudicium est cœptum ibi finem habere debet, l. ubi, ff. de iud. præfertim si non agitur circa executionem fiendam, iux. decis. 1. Borg. p. 1. addo hic quod delinquens in duabus iurisdictionibus (vt dico in eōfinibus) si est captus in vna sib. eodem preside, & ambē penā sint mortis, tunc qui habet captum procedere debet. c. impari causa, de reg. iur. in 6. & per l. 2. ff. ne quis eū qui in ius voc. est vi eximiat. l. penult. ff. de vi iust. aut in vna iurisdictione capitali pena ob capitale delictum, & in altera non capitali pena ob non capitali delictum esset condemnandus, tūc tradendus est huic vt primo puniatur, demum tradendus est alteri vt capitali pena plectatur. l. si cui, §. fi. ff. de accusat. & per Jacob. de Beluis. in sua pract. tit. de fug. reorum, sub num. 22. 23. & seq. vbi dat exemplum

quod si manus debet amputari, & caput per aliam penam, prius debet exequi sententia manus, & vi. omnino. d. Beluis. vbi materiam explicat cōcessus duorum Dominorum, vel duorum iudicū contra eundem, & de præventione.

133. † Decimus casus est quem ponit Clar. q. 38. ver. quero, pone quod aliquis delinquat in exercitu Mutinensium, tunc posito in territorio Bononiensi, nunquid poterit puniri à Prætore Mutinensi; & respondet quod sic, Bart. in l. cunctos populos, nu. 46. C. de sum. trin. & fid. Cath. & ibidem Bald. nu. 24. qui de consuetudine ita seruari dicunt, & per alios quos Clar. ibi allegat, & postquam ita esse de cōsuetudine testatur, ita & illā penā Prætor imponere dē, q̄ de cōsuetudine imponi solet, l. minimè, de leg. in proposito vide Farinac. de inquisit. q. 7. nu. 3. & 27.

134. † Undecimus casus & quidem valde singularis, quem pariter refert Clar. d. q. 38. sed. ver. quero etiā pone ibi, & in hoc proposito, ubi narrat casum unius militis hospitati in ciuitate Papiae, qui commisit homicidium in territorio Placentino, & licet non esset subditus Mediolani, neq; ratione delicti, originis vel domicilij, nihilominus fuit condemnatus ad tritemes perpetuū; & ecce quod supremē authoritatis Iudex potest arbitriam imponere penam tritemij perpetui, immo etiam mortis.

135. † Duodecimus casus est eiusdē Clar. d. q. 38. ver. vidi quandoque, ubi quis de tractatu punitur in loco tractatus (licet delictum fuerit extra dominium securum) quamvis isti tractantes non essent subditi neque originis, neque domicilij. per Bolog. cōf. 8. tenet Bero. q. 84. ubi locum habere ait, cūm tractatus est punibilis; vide Maria. in c. proposuisti, de for. cōp. vbi plura dicit in hac materia, & ita Mantua seruatum fuit.

Decimustertius casus in fure, qui etiam si non fortiorum forum ratione delicti, originis vel domicilij, si cū re subtracta reperiatur vbiq; ratione contradictionis puniri potest, Bart. in l. si dominium. ff. defurt. vide Glar. q. 38. ver. tu scis, & Farinac. de inquisit. d. q. 7. nu. 7. l. 1. C. vbi de crim. agi opor.

Decimusquartus casus est in assassinio, & alijs delictis exceptuatis, per d. l. 1. C. vbi de crim. agi opor. Farinac. d. q. 7. num. 9. est verum quod potest conueniri vbi reperiatur, sed Iudex ex officio non tenetur, l. 4. §. hoc autem iudiciū, ff. de damn. infect.

Decimusquintus casus est, quando forensis delinqut in subditum extra iurisdictionē domini sui, & dominij illius, vt puta Bononiensis delinquit in Florentinum Venetijs, qui delinquens si postea reperiatur Florentia, ibi puniri poterit, ex quo ratione personæ prorogavit ibi iurisdictionem, & non timuit iniuria afficeri ciuitatem Florentia ob delictum patratum in suum ciuem Florentinū, ut sentiunt Dd. in d. auth. si qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. & qua pena is puniendus sit tradit Angel. in verb. existens Florentia, nu. 2. & 3. & dicitur, quod pena de iure communis vbiique viget, & concomitatur delinquentem, l. leges sacratissimas, C. de leg. non pena loci delicti, quia statutum non extendit vires extra iurisdictionem, non pena Florentia, quia ibi non fuit patratum delictum, nec in delinquentem iurisdictione aliqua habebatur, nisi ipse prorogasset, cum persona suam iurisdictionem veniendo Florentiam vbi repertus est, & ideo succedit regula communis, vbi te inuenero, ibi te iudicabo, licet hec altiore requirat indaginem.

Decimussextus. Si Roma reperiatur, q̄a Roma appellatur Patria communis Farinac. d. q. 17. nu. 13.

Decimusseptimus casus est, quia vagabundus vbiique puniatur, Farinac. d. q. 7. nu. 13. Couar. pract. q. c. 11. nu. 7.

Decimus octauus casus contra bannitos, idem Farinac. d. q. 7. nu. 16. cum ibi per eum adduc. & intellige virtute statutorum, vide infra num. 157.

Decimus nonus casus est in heretico, Farinac. d. q. 7. nu. 17. de quo non est dubitandum.

Vigesimus casus est Raptus Saly. l. 1. C. eo. tit.

136 † Alia est quotidiana inuestigatio si rei detentori moriuntur ante sententiam, nunquid eorum memoria damnari possit? & in casu crimine læsa Maiestatis dicitur quod sic, l. ex iudiciorum, ver. 1. ff. de accus. tex. in l. Pantonius, §. rei perduellionis, ff. de acq. hæredit. Clar. q. 51. ver. scias. Item in crimen hæresis, Rol. cons. 8. nu. 8. vo. 3. Burfat. cons. 43. Menoch. cons. 99. nu. 172. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. nu. 11. Gomes. de delict. tit. de cri. leſ. Maiest. nu. 12. Item in crimen repetundarum, peculatus, & homicidij sui ipsius ob conscientiam sceleris, Clar. d. q. 51. ver. sunt tamen. Peregr. de iur. fisc. tit. de crim. quæ morte rei non exting. tit. 5. fol. 106. Gand. de malef. tit. qui accus. poss. & per Decia. in d. suo trac.

137 † & accusatio debet proponi intra quinquennium à die mortis, ad hoc ut memoria damnari possit, l. 2. C. de apost. & ibi Bart. qui videtur loqui quoad publicationem bonorum imponendam, quæ etiam hoc in casu locum haber, tex. in c. 2. de rescr. qui textus licet dicat, quod possit procedi intra quadraginta annos, ut sentit Gomes. loc. cit. & opinio Bart. sit taxata à Soc. in c. vniuersi, nu. 149. de accusat. nihilominus Bajar. ad Clar. in §. hærelis, nu. 27. conciliationem prædictam excitat sequens Clar. in d. ver. scias, in fin. & Farinac. de inquisitio. q. 10. nu. 82. & eam in fine resoluit, dicens tex. c. 1. de rescr. habere locum in hæresi, & Bart. in d. l. 2. C. de apost. habere locum in crimen læsa Maiestatis, & alijs casibus, in quibus memoria damnari potest, licet alias opiniones, & distinctiones Dd. referat Burfat. cons. 43. Menoch. cons. 99. nu. 172.

138 Gabriel. concl. 35. lib. 7. & Gomes. loc. cit. † docet practicam damnati memoriam defuncti, & dicit, quod non est formandus processus contra reum defunctum, nec citandus, nec sententia ferenda proprio nomine, sed ut citetur memoria eius, arg. l. de qua re, ff. de iud. & pariter citantur hæredes respectu honoris, & bonorum defuncti, ut compareant ad defendendum si velint: sed forte vana videtur citatio filiorum si propter delictum patris, & ipsi rei efficiantur, & condemnari possunt pena temporali, ut subiicit idem Gomes. nu. 13. vbi † declarat, quod filius non portabit iniuriam patris respectu penæ spiritualis (ex quo anima, quæ peccauerit ipsa morietur, Ezech. 18.) ut declarat Innoc. in c. grauem, de sent. excom. Abb. in c. vergentis, de hæret. ante quos idem scripsit Grat. in princ. 24. q. 3. seu potius Augustin. Epist. 75. quem citat Grat. c. 1. vide Patid. cons. 2. nu. 209. vo. 4. Tanca. de hæret. c. 41. num. 3. cum seq. Decia. tract. crim. tom. 1. lib. 5. c. 57. & Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 34. & Farinac. §. 8. d. q. 10. num. 83. de inquisitio. Cæterum in alijs casibus, in quibus memoria damnari nequit. Et cum pena suos authores sequitur, l. sanctimus, C. de pen. l. si pena, & l. si crimen, ff. eo. Couarru. var. resol. lib. 2. cap. 8. Afflict. in constitu. Regni incip. Paternorum nu. 35. cum seq. & alios cum ampliat. & fallentijs adductos per Farinac. de Delict. & pen. q. 24. vbi hanc reg. exornat more solito latè plur. iuribus, & authoritatibus infertur, quod pater non tenetur pro delicto filij soluere penam pecuniariam tot. tit. C. ne fil. pro patr. Bal. cons. 275. queritur vo. 3. Bar. in l. si finita, §. si de vectigalibus; de damn. infect. Bertazol. cons. cri. 468 vo. 2. Nec etiam de peculio profectio, Aduentatio, vel Casuensi, secundum Farinac. d. q. 24. num. 3. 11. 15.

& 25. Fallit primo, nisi quatenus Pater factus sit locupletior, cum aliena iactura, Bar. in l. 1. col. 2. vers. item ista æquitas, de pecul. fallit secundo, nisi quando statuto caueretur quod Pater teneatur soluere penam pro filio, ut per Couarru. var. resol. lib. 2. c. 8. nu. 7. vers. Quarto, quem si quidam Mod. de Sabioneta vidisset, vtique non dixisset à seculo nunquam fuisse auditum. verum enim vero tale statutum est tanquam odiosum restringendum, c. odia, de reg. iur. in 6. Menoch. de arb. Cap. 345. num. 11. Bertazol. cons. cri. 15 l. num. 25. lib. 1. Ro. cons. 199. Vnde subinfertur quod Pater non teneatur pro confessione filii facta, aut præsumpta, ut puta propter contumaciam filij, idem Bertazol. consil. 83. nu. 13. d. lib. 1. alioquin pater teneretur pati pro filio, & soluere pro confessione facta, & statutum in odiosis extenderetur, & duo specialia concurrerent contra, l. 1. C. de Dot. promiss. de qua confessione facta dictum fuit supra par. 3. nu. 202. lit. H. fallit tertio in crimen læsa Maiesta. Gig. eo. tract. lib. 2. tit. de pen. committ. crim. læsa Maiesta. hinc statuta dicentia, quod fiscus habeat specialem hypothecam à die delicti, non intelligitur contra hypothecarios, nisi in crimen læsa Maiesta. ne auferantur cōmercia, ut infra dicam, & ad hanc fallent, vi. Ofasc. decis. 94. Fallit quartò, quando pater potuit prohibere ne filius delinqueret, & non prohibuit, Put. de Syndic. in ver. tortus, c. 3. nu. 9. & 10. Ideo sibi imputent parentes qui loco officij, & Coronæ parvulis pugione accingunt, facit in arg. c. culpa de reg. iur. in 6. fallit quintò, quando filius fuit assumptus ad aliquod officium de consensu Patris, l. 2. ff. ad municip. Menoch. de arb. cap. 345. nu. 8. Tandem not. quod quotiescumque Pater cogeretur soluere penam per delicto filij, tunc pro suo interesse audiretur, absente filio, Bertazol. consil. 184. num. 3. lib. 1. vt in simili de Hærede dictum 140 est, num. 259. in hac 4. par. † mors omnia soluit, l. defuncto, ff. de pub. iud. §. deinceps, col. 4. Socin. iun. consil. 112. num. 9. volum. 4. de hac re apud Sebast. Med. sua tract. mors omnia soluit, concl. 25. & 32. & in ver. bonorum confiscatio, & in ver. pœna, & in ver. accusato mortuo, Clar. in questio. 51. ver. quæro nunc, & dicam infra, nisi in vita iam sequuta sit declaratio criminis, ut obseruatum esse in Stau Mediolanensi dicit Boss. in tit. de accusat. nu. 34. & Clar. refert d. questio. 51. ver. scias, vbi in criminibus, in quibus memoria damnari potest, ait contrariam opinionem esse communem, & in ver. sunt tamen, narrat quænam sint delicta, quibus memoria damnari potest.

141 † Et quoad penam pecuniariæ indistinctè in contrarium est communis opinio, & obseruatio, quod pena non declarata contra authorem possit declarari contra hæredem lite iam contestata cum authore, l. ex iudiciorum, §. fin. ff. de accusat. l. omnes, ff. de act. & obligat. §. penultim. Instit. de perpet. & temp. act. Clar. questio. 14. vers. sed hic incidenter quæro, vbi quando lis dicatur contestata, Gomes. de delict. cap. 1. num. 44. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. Gabriel. com. conclut. 35. lib. 7. decis. Pedemont. 149. num. 2. Ang. de Malefic. in ver. qui Dominus Iudex, num. 41. Alb. consil. 90. & Mago. decis. 47. num. 16. Bertazol. consil. 33. lit. B. vol. 1. dum modò de delicto constet, & de eo sit delinquens confessus, vel cohieritus, add. ad Clar. d. quest. 51. ver. scias, & esse communem opinionem, testatur Burfat. consil. 77. num. 21. qui tamen videtur restringere in famulo latrone, sed supradicta opinio est magis communis, & reception, & iudicatum elic ad fauorem fisci testatur Ofasc. decis. 149. Vasqu. 142 controvers. illustr. cap. 96. num. 25. † & ratio eis potest,

poteſt, quia pāris ſunt ſententiam eſſe latam, vel reum eſſe conuictum, l. qui ſententiam, C. de pen. Farinac. de accusat. quāſt. 10. num. 56. & 57. & di- cit ſufficiere, quōd conuictio, aut confeſſio habeat vires rei iudicatae, ſed Boſſ. in tit. de ſenten. nu. 47. dicit, quōd ſi poena eſt ipſo iure iñflicta delinquen- ti, etiamſi declaratio non ſit ſecuta ante mortem delinquentis, quōd ad hāredem poena tranſit, Ia- fred. deciſ. 391. Boer. consil. 176. num. 93. volum. I. Nell. de bann. 3. par. 2. temp. q. 7. Peregr. de iur. fisc. tit. de crim. qua mor. rei non extinguantur, tit. q. fol. 106.

A Et postquam de hārede hic diximus de po- nea expilatae hāreditatis congruit, vt pauca di- camus. Cuius crimen dicitur improbifimum, & ſimile eſt furto, vt tot. tit. ff. & C. de crim. expil. hā- red. Menoch. de arbitr. iud. cas. 299. num. 2. à quibus diſſicil ius eſt recuperatio terū expilatarum, quam e manu Herculis clauam eripere. Nam omnes ſci- re debent quod ſuum non eſt ad alios pertinere, vt in l. fin. C. vn. vi. in duobus dunataxat à furibus hi expilatores diſſerunt, Nam primo cum non ſint Domini, tanquam tales ſe agunt, & ſub hoc Cly- peo alienas res in proprios viſus conuertunt, vt in l. vlti. ff. de crim. expil. hāredit. Secundo, quia hoc crimen non eſt publicum, vt in l. ſtellionatus, ff. de extraſt. crim.

B Nihilominus criminaliter proceditur, vt di- cit ille text. ibi accusatio. & alij ſunt meri, & par- ticulares executores, & alij mixti, vt ſunt illi qui aliquod commodum hāreditarium diſpoſitione testatoris percipiunt, de quibus in terminis per D. Borg. Caualca. fratem meum, in Deciſ. 40. ſub num. 1. par. 5. Et licet idem Menoch. de arbitr. cas. 300. num. 3. dicit, quod crimen expilatae hāreditatis proprie non ſit furtum, contra id quod paulo ante dixerat, tamen in ſtato de furto, hoc cri- men comprehendit testatur, Boſſ. tit. de fur. num. 3. quem ſequitur Bonifac. eo. tit. §. alienē rei, num. 15. & 16. qui & ipſe hos expilatores appellat impro- bos, per Bal. in l. de ijs, C. eo. de fur. Angel. de Ma- leſ. in ver. & uestem cœleſtem, num. 44. per gloſ. & Doct. in l. ſi te, C. de infam. vbi poſſe proceſdi de ſimi- libus ad ſimilia, in criminalibus ait, & ipſe dixi ſupra num. 109. & alibi in hac 4. par.

C Hinc eſt quōdij expilatores, ſiue executores, ſiue curatores, ſiue fideicommissarij, quibus cura hā- reditatis à testatore in totum, aut in parte relieta eſt, ſi non feruant mentem testatoris, tenentur tan- quam transgrediores, l. diligenter, ff. manda. Item tenentur de male gestis, l. 2. ff. de neg. gest. Rot. Ge- nuæ Deciſ. 80. nu. 4. & etiam actione rerum amo- tarum, tot. tit. C. rerum amot. Abb. in cap. tua no- bis, de test. & proprius tenentur poena criminis ſtel- lionatus, cum ſub velamine ſibi ipſis appropriant, vel vendunt de lucro particiپantes, vel abſcondunt aliquod quod ad hāreditatem pertinet, tot. tit. de crim. ſtellionat. quamuis pupilliſ non nocent, Bal. in l. meminerint, C. vnde v. i. tex. in l. ſi is, ff. de eo, qui pro tut. Nec poſlunt quidquam facere ſine pre- ſentia hāredis, vt ait Caualca. d. Deciſio. 40. num. 7. & ſi non vocant hāredem in rebus per eos gerendis, occultatores, & ſuſpectiſſimos ſe præbent, & tenentur l. 1. ff. quod vi aut clam, Bar. in l. pupiliſ, §. fin. ff. de auth. tut. idem in l. in fraudem, ff. de ijs quib. vt indig. & poſſunt appellari ſacularij, iux. l. ſacularij, ff. de extraor. crim. & contra iſtos iuratur in item, Plot. in l. ſi quando, num. 144. 145. 146. & ſequ. nec excuſantur propter remiſſionem teſtato- riſ eorū conſientia, ſi male agant: propterea quod qui non facit quod debet, & quod per ſe vellet di- citur dolosus, l. qui non facit: & tanquam ſuſpecti

de furto, ſunt remouendi, & puniendi, §. ſuſpectus cum §. ſequ. Institut. de ſuſpec. tut. & ibi Glos. infa- mis illos appellat, & de clauſula conſientia veſtræ remittimus dixi, in l. par. ſub num. 127. & in pro- pos. vi. Caualca. d. Deciſio. 40. in fin. & in ſuo tract. de tut. & curat. ſub num. 202. quem vide. Nec vnuſ potest facere ſine altero coexecutore, ſi à teſtatore non ſit dictum, alioquin nulliter agunt, & caueant contrahentes. Nam vbi duo propter vnum, ibi vnum tantum, l. fin. ff. pro Donat.

D Nec eis credendum eſt ſi dixerint à teſtatore ſibi ipſis dictum, aut legatum eſſe aliquid, de quo non appetat ſcriptum; nemo enim in propria cau- fa teſtis eſſe potest, l. nullus, ff. de ref. cum concord. minus conceditur eſſe Iudex in cauſa propria, l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdictione omnium iudic. & tot. tit. C. ne quis in ſua cau. iud. quinimò nec Notarius potest aliquid in teſtamento ſibi aſcribere, ſub po- na falsi, vt in Rubr. & nigro, C. de ijs qui ſibi aſcrib. vbi nec etiam filio diſtantē patre, marito, & alijs non licet ſibi aſcribere, & ui. tot. tit. ff. de eo qui pro tut. & tit. quod falſo tut.

E Et redeundo ad crimen expilatae hāreditatis, quamvis illius aetio publica non ſit, ut in d. l. ſtellionatus, ff. de extraſt. crim. tamen propter qualita- tes illud aggrauantes efficitur crimen publicum, arg. l. ſpadonem, §. qui iura, ff. de excuſat. tut. Nam qualitas adiecta enti illud qualificat, & in diuersa ſpecie illud reponit, arg. §. præterea, Institut. de inuti. ſtipulat. Hippolyt. ſingul. § 20. in ver. qualitas, hinc dicimus quod delicta mutant ſpeciem propter eorum grauitatem, & immanitatem, & Reipublicæ interest neminem ſpoliari rebus, & bonis ſuis, In- ſtitut. de ijs qui ſunt ſui, vel alie. iur. §. ſed & maior & de ijs ſatis, meritò publicum dici potest. Hinc etiam dicimus quod delictum minus confunditur cum maiori, Caſſa. de conſuetud. Burgun. car. 294. verſic. notantur, Cyn. per Salyc. alleg. in l. penult. num. 16. C. de accusatio. & inde fit poenæ coacer- uatio; de cuius materia vi. Cepol. consil. 14. nu. 21. & vt ingentie fatear hoc crimen videtur continere illos quatuor modos ex quibus delicta contineri di- cit Bal. in l. data opera, C. qui accus. vbi factō dictō, conſilio, & ſcriptura delicta fiunt.

F Sed quid dicendum de alio genere hominum, qui ſingunt ſe creditores defuncti, cum re vera non ſint, ſed decipiunt hāredes, & inſidiantur hāreditati, iij equidem ſunt peiores latronibus, ſingunt habere manuscriptum defuncti, de quo in praec. de test. pat. 3. num. 102. lit. L. exemplum dedi, & libra defunctorum non valet decem ſolidorum, oppor- tunum eſſet apponere aliquod tempus praefcriptū, vt ſi quis prætendat ſe creditorem alicuius intra- decem dies in vita curare debeat, vel ſatisfieri, aut de credito receputam, ſeu chirographum manu debitoris, vel trium teſtium non ignotorum ſub- ſcriptum, & in vita penes Magistratum recogno- ſci apud acta, alioquin poſt mortem, nec ipſis, nec iſtis ſcaraffacijs, aut ſcripturis credendum eſſe, niſi legitime conſtare fecerint de credito, vt mora ſua vnicuique nocere poſlit, l. in condemnatione, §. vnicuique, & §. dolo, de reg. iur. & bonum erit debitoribus qui debitum ſoluerunt non conſide- re de libris creditorum, ſed recipere liberationem vna cum computis, & penes ſe retinere. Verunta- men non loquor ipſe de libris legalibus Mercato- rum, nec de publicis Instrumentis, ſed de quibus- uis alijs cedulis, ſchedulis, ſingraphis, chirogra- phis, & huiusmodi priuatis ſcripturis.

G Et quia hāres præſumitur ignarus facti defun- ci, iux. l. qui in alterius, de reg. iur. onus probandi non ſolutum eſſet poſt mortem Defuncti tranſ- rendum

rendum in assertos creditores, postquam mors soluit omnia. §. deinceps. in Auth. de nupt. & hoc in penam negligentium, & pro remedio opportuno contra hos insidiatores, quia ex causa licet recedeat a reg. iuris communis, vt dixi in 1. par. & quod in priuatis delictis est actio de dolo, in criminalibus est stellionatus persecutio. Bonifac. tract. de fur. §. possessionis. sub nu. 102. & in l. 3. vbi glo. ff. de crim. stell. Bertazol. consil. crim. 11. num. 17. vol. primo, & ij stellionibus comparandi sunt.

Et ut de pena sortilegij aliqua dicemus haec est maxima, & sortilegus fustigari debet, & in carceribus perpetuis detрудi iuxta sortilegij qualitatē. vt 26. q. 5. c. quod contra sortilegos. R. singu. 660. & quando sortilegium sapit hæres in pena est ultimi supplicij. Menoc. de arb. cas. 388. vi. Nauar. in suo Manual. confes. c. 11. nu. 38. & seq.

Et an iudex secularis possit cognoscere de sortilegijs, & de differentijs sortilegorum, circa inuocationes dæmonum ad diuersos malos effectus, hic omitto, ne videar cum scrupulosis altercari. vi. tex. & ibi Cano. in c. 1. & 2. extra de sortileg. vbi Abb. & Hostiens. in summa. Oldr. consil. 210. Io. Andr. in Add. ad Spec. in tit. de sortileg. in 4. p. Geminia. in c. sacerdotes. num. 2. 5. & 6. de hæret. Alber. in verb. sortilegium. Paul. Ghirl. eo suo trac. de sortileg. & in tit. de lamijs, pertot. Clar. in §. hæres, & aliqua per Rimi. iun. consil. 414. vo. 4. & latissime Farin. tit. de delic. & pñ. qu. 20. a nu. 27. cum mul. seq.

Pena vero seditionis est iudicata a lege Iulia de vi priuat. & in l. 4. en. tit. Menoc. de arb. cas. 266 nu. 4. & cas. 394 nu. 78. dicens hanc esse panam arbitriam, & de diuersis pñnis contra seditionis. vi. plene per Boer. ut. de seditionis. & Decia. tractat. de delic. tom. 2. co. tit. cap. 19. a num. 77. usque ad num. 39.

At si seditio concitetur contra Principem pena est mortis, vt ibi.

143. † Quid reo mortuo appellatione pendente? & idem dicitur, vt supra, Sebastia. Med. d. tract. mors omnia soluit, concl. 25. nu. 70. & concl. 32. nu. 91. & alibi, Gomes. vero de delic. c. 1. num 82. videtur sentire contrarium per gloss. sing. in l. ex iudiciorum, ff. de accusat. sed haec difficultates cessant, quando ad sunt statuta, per quæ denatur appellatio in criminalibus, vel stante magna autoritate Brachij Regij, & Gomesius loquitur in confisca- tione bonorum, quæ in consequentiam venit, se- cūs dicit, si æquè principaliter veniret, & ex hac ratione non est contrarius, si pena venit principali- ter imponenda, et ita est intelligenda supradicta conclusio.

144. † Sed lata sententia, si condemnatus de atrocissimo delicto ante executionem moriatur, tunc ad tetrorem, & in exemplum aliorum de facto solet executio in cadaveribus fieri, vt multos casus re- censet Clar. d. q. 51. ver. sed hic incidenter, Farina. d. q. 10. num. 77. D. Menoc. de arb. cas. 245. num. 57. qui in arbitrio Iudicis hoc esse dicit, sed intel- ligere in arbitrio Iudicis supremæ authoritatis, & non aliter, & potest cadaver pro anatomia dari, ibi num. 12. pariter, qui deliquit etiam de non atrocissimo delicto, & sibi mortem consciuerit cōscientia proprij sceleris, ante vel post sententiam, Menoch. d. cas. 284. nume. 15. vbi late de istorum pñnis Sebast. Medic. d. trac. mors omnia sol. p. 1. num. 142. latissime Farinac. d. q. 10. vbi multa, ac multos accumulat, & ne aliorum scripta in totum repetam, sat est loca attigisse.

145. † Et sicut agi potest contra hæredem ad pñ-

nam, ita poterit hæres post mortem comparero, & facere incumbentia pro defensione mortui, & instare vt sequatur declaratio absolvitoria, quod ei permittit fauore defensionis, vt tenet Gom. de delic. c. 1. nu. 83. & pariter hæres reuocare poterit confessionem defuncti, si contrarium probare potest, Bal. in l. error, C. de iu. & fact. igno. & in l. 1. C. si ex delic. defunct. Millaeus tract. crim. nu. me. 149. Capic. decis. 121. num. 17. Affic. decisio. 233. & hæres a sententia lata ob confessionem defuncti appellare potest, Dec. in cap. cum speciale, §. porro, num. 6. de app. But. tract. de notor. artic. 4. num. 59.

146. † Quid modo dicendum accusatore mortuo, an iudicium sit extinctum? Bald. in l. si quis, C. si reus vel accusat. mor. fue. ait, quod si pñna sunt princi- cipaliter impositæ, non extinguuntur, secus si in consequentiam, Clarus d. q. 51. vers. pariter, tenet non extingui iudicium, si iudex ex officio potest procedere, & ita prædicti testatur Boss. de inqui- sitione, nu. 99. multo minus quia hodie fiscus est loco accusatoris, tract. Mill. fol. 30. num. 31. quem Clar. adducit q. 3. ver. sed certè ibi, & ratio est, & q. 10. ver. fi. & sic perseverare iudicium dicitur. Ve- rum in hærede accusatoris quo ad criminalitatem non procedit, secus quoad ciuitatem, Gomes. de delic. d. c. 1. nu. 85. Bar. in l. ciuilis, ff. de priuat. delict. vbi optime distinguit.

147. † Sequitur videre nunquid pñna sint multi- plicanda pro numero delictorum? haec est præcipua materia l. nunquam plura, ff. de priuat. delic. super qua Anca. consil. 4. nu. 4. & Clar. q. 84. vers. scias, eam distinguendo exponit, & in effectu, si delicta sunt diuersi generis, temporis, & personæ, tunc pñna multiplicantur; item si contra eandem sed diuerso tempore, vel genere, non ad eundem finem, sed quodlibet delictum habeat suum effec- tum distinctum & separatum, Boss. d. l. nunquam plura, num. 4. Socin. in c. ea quæ, de pñ. distinguit plures casus, & Alex. de Nevo. consil. 93. recenset de eo, qui rapuerat mulierem, furtumque fecerat, ac etiam muros ciuitatis transcederat, & Bertaz. consil. 205. & ib. addit Couarr. var. resol. lib. 2. c. 10. nume. 8. Bologn. consil. 33. vbi explicat mate- riāl l. nunquam plura, de pñ. delic. sub nu. 23. Salycet. in l. quia de crimine, C. de accusat. vbi de- clarat, quod si delicta sunt diuersæ speciei, & se ha- berent tantum excedentia, & excessa, vt de tuto- re qui falsificauit librum rationum, haec non con- fundantur, Bologn. d. consil. 33. numero 7. & 8. text. gloss. & Doctor. in l. si gemina, ff. arbor. fur. cas. si vero plura delicta facta fuerint ad unum finem, utputa tractatus, armorum præparatio, & delatio armorum prohibitorum, ruptura oslij, vel muri, pro aliquo atrocissimo patrado delicto, tunc siue eodem tempore, siue ex interuallo, ad- huc non incepto aliquo processu, attēto uno fine

148. pro uno delicto computabuntur; † quia cum delictorum sit unus tantum finis, delicta nequeūt diueria censerit, l. si familia, in fi. de iurisdict. omn. iud. not. glo. in l. qui etimien, C. de accus. Bar. in d. l. nunquam plura, sed pro eo quod est maius una pena tantummodo erit imponenda, D. D. comm. in d. l. nunquam plura. quia maior pena confundit minorem, Clar. q. 84. vers. alius est casus, vbi exemplariter dicit, si extant tria statuta, vnum pu- niens vulnerantem in centum, & aliquis deferat arma, iij. que insultet, t. etiam vulneret, non est in omnibus istis pñnis condemnandus, sed solummodo in centum puniri debet pro vulnero, quia pena insultus, & armorum confunditur cum pe- na

na vulneris; ita colligitur ex glo. in l. qui de criminis, in ver. plurima, C. de accusa, cum alijs per eum adduct. Placa epit. delict. lib. 1. cap. 8. num. 18. est etiam notandum, quod appellatione armorum non veniunt fustes & lapides, quoad penam delationis ex communi vsu loquendi, ut inquit Clar. §. fin. q. 82. statu. 6. vers. & scias. secus quoad vsum, quia percutiendo, & vulnerando cum illis, praedita quoque comprehenduntur appellatione armorum, d. l. armorum, de verb. fig. & ita declarat Mars. in d. §. pro constanti, num. 14. pract. crim. & vide Guid. Pap. q. 437. & Cassa. in constitut. Reg. vbi ponit viginti casus, quibus licet arma deferre; & pro complemento notandum, quod habet priuilegium deferendi arma, si cum eis percussit, vel vulnerauerit, punitur pro vulnere, atque etiam pro delatione armorum, stante statuto, ut tenet Mars. in pract. §. pro complemento, num. 9. & sequent. quod verum est abutendo; at si fuerit prouocatus excusat a delatione armorum; quia priuilegium dicitur concessum, ut arma portare licet ad sui defensionem, sed in ciuitate Mantua contra opinionem Marsili obseruatum. Bertazo. consil. 205. lib. 1. Placa. vbi supra d. cap 8. lib. 1. Nouisime post meam editionem tenere vidi Do. Petr. Caball. cas. 63. nume. 9. 10. & 11. vbi latetur inuenisse ex Decia. ita tenere, sed si meum tractatum dignatus fuisset legere, cu illum pre manibus habebat, dum suum typis tradebat, utique amicu, quem diligere ostendit, honoratum in dicto loco non tacuisse. At quando per diuersa iura plures penae imponuntur pro eodem delicto, vna imposta aliam non tollit, Brun. a Sol. quest. 17. num. 5. I. dixi supra nume. 105. vide Corfet. sing. 23. in ver. statutum, & Io. And. ad Spec. tit. de poen. §. 1. in ad 149 dit. in verb. prælibatum. dicit, t quod tot sunt delicta, quot sunt delinquentes, & tot penæ, l. si plures, ff. de iniur. l. ita vulneratus, ad l. Aquil. & de lictu geminatur per geminos offensos, l. 3. §. si ad plures, de sepulchr. viol. Item quando committitur delictum personale priuatum, tot sunt delicta quod personæ iniuriat, & tot sunt penæ in eo, qui ita delinquit, l. eum qui, §. si nupta iam. §§. seq. ff. de iniur. secus quoad res, quia unus delinquens a sportando in una vice plures res, non incidit nisi in unam penam; idem si quis committit delictum publicum simul, & semel in plures, in l. quoniam si plures, C. ad leg. Iul. de vi, l. qui de criminis, C. de accusat. D. Menoch. de arbitr. cas. 362. Et in hoc articulo distinguendum est, aut per diuersas leges diuersæ penæ imponuntur pro eodem delicto omnino separatae, & impositio unius aliam tollit. text. in l. qui sepulcra, C. de sepulcr. viol. l. 3. ff. de liber. homi. exhiben. l. quoties. de act. & oblig. Aut penæ non sunt omnino diuersæ, vtputa quia una lex imponit penam centum, altera mille, & tunc intentati potest conditio alterius legis in eo quod excedit priorem legem. not. in l. 1. ff. bon. rap. Bar. in l. Senatus. ff. de accus.

150 t Et in delictis ac penis semper attenditur, quod principaliter fit, non autem quod in consequentiis venit, leg. si quis nec causam, ff. si cer. pet. Didac. var. resol. d. c. 10. num. 8. vers. haec tenus, & late Farinac. q. 22. per tot. vide Bald. in l. cum rationibus, C. qui accus. non poss. vbi ponit quomodo plura delicta pro uno computanda sint, & Clar. d. q. 84. vers. haec autem, dicit, quod vulnera plura cum bidente aut tridente pro uno computantur, idem si cum scelopo pillulis exonerato, secus propter reiteratos iectus, quia quot iectus quis feriendo admenauit, tot penæ est afficiendus, nisi

statutum dixerit simpliciter, quod vulnerans soluat centum, secundum Iac. de Are. in l. apud La- beonem, §. conuicium, ff. de iniur. quem refert Clar. d. vers. scias, cuius Arenæ opinio est reproba ta, & merito, quia statutum dicit qua pena vulnerans sit plectendus, sed non dicit an pro omnibus vulneribus, ergo tanquam casus omissus remanet sub dispositione iuris communis, ut pro numero vulnerum tot penæ imponantur, d. l. nunquam plura, vbi Bar. & alij com. ff. de priuat. delict. et ita seruauit, & seruare vidi in dubio, nisi statutum se declaret melius, quicquid dicat Farin. q. 22. num. 12. quem refert, & sequitur Baiardus, quoniam opinio Bartoli est verissima, & fundata iuribus exquisitis, modernorum autem opinio non ita fulcitur nisi Index arbitrium haberet etiam super penis statutarijs. Quid si quis plures pereuerterit in eodem loco, ut in naribus, vel in uno oculo, vel vulnera plures intulerit, vtputa vulnus supra vulnus semper in eodem loco, an pluribus penis afficiatur, vel pro omnibus una pena tantum. De hac re vi. D. Cabal. in cas. 155. & 165. quem placet mihi saepius allegat, quia inuidi est supprimere alterius famam, & honorem. Et notandum, quod ap 151 pellatione t vulneris venit scissura in cute habens opus medela, Bar. in l. Prætor. ait, de minor. l. si seruus, §. rupisse, & ibi declarat Flor. ad l. Aqu. Cæpol. consil. 40. num. 4. Sed in modica scissura, seu scarpinatura, aut sagra signatura locum non habet, Bal. in l. fi. C. de adil. ac. dicit modicum vulnerulum in se non habere delictum, Tiraq. trac. de iudic. in reb. exiguis, nu. 11. quod intelligo verum si est illatum cum pugno, vel vnguis, & Bar. in tract. de percuss. Afflict. super constit. vers. 152 si quis aliquem, num. 5. dicit, quod t dentes appellantur arma, Psalm. 56. ibi filij hominum dentes eorum arma, nihilominus consuetudinaria interpretatione non comprehenditur in statuto de vulnerante, qui parum dentibus lacerat, & multo minus si statutum dicit si armis vulnerauit, ut ferre vbique hæc distinctio ponitur in penis statutarijs, si cum armis, vel sine armis, & è contra si quis armis adeo percussit sine scissura cutis, ut tumore facto nequeat satari nisi aperiatur ferro, tunc habet locum penam statuti, Bartol. in d. l. Prætor. §. quæ atrocem, ff. de iniur. quem sequitur Afflict. d. constitutio. si quis aliquem, num. 3. & 18. sed quid si aperiatur tumor alta via, quam ferro, puta collyrio, seu emplastro, tunc non habet locum, quia non sunt arma, ut gladius, nec ferrum, sed medicamenta, & ex diuersis non infertur, l. Papinianus, §. exuli, de minor. at credo penam esse arbitrariam, ut sup. nu. 150.

Sed meo iudicio poena est arbitraria per supradicta, num. 150.

Quid de poena vulnerantis in faciem data ope Hra. Evidem non leuis, sed grauissima debet esse poena illorum, qui appensatè in facie vulnerant, vel faciem deturpant, seu deformant, nasum, aut aurem cedendo, vel cicatricem faciendo.

Nam homo ad imaginem Dei factus quo ad animam, quam per faciem rappresentamus, iuxta gloss. in l. si quis in metallum, C. de poen. grauissimum est deformari. & ut ait August. ad Angel. in uerb. cicatrix. recitans Bald. in Rubr. C. de uindicta. liberta.

Homo dicitur constare ex sex membris. quod in materia statutorum est not. ubi de membro fit mentio. circa membra debilitationem, utilitatem, & obrunctionem. & membra hominis, (quæ maiora appellantur) Sunt pes, tibia, coxa, Anguina,

Anguina, venter, collum, & caput, in quo facies continetur, & in qua stat forma pulchritudinis, & decoris.

Quapropter non est alicui Iudici licitum pœnam stigmatis indicere. de qua in l. stigmata. C. de fabricen.lib. 10. nec valet statutum in contrarium. vt dicit Ang. in d. verb. cicatrix. vers. i n facie. num. 2. per tex. & glo. supradict. in l. si quis in metallum. C. de pœn. & Iudex noster virtute Brachij Regij, cum pœnis alligatus non sit expressis, vt in prima pat. num. 8. & 9. declaraui. non tenebitur seruare pœnam statuti leuem, sed maiorem imponere potest, iuxta facti qualitatem, & personarum, prout ita seruasse Senatum Mediol. testatur in propos. Bossi. in titu. de homicid. sub nu. 41. & 42. Quia rigorofissime procedendum est in hoc grauissimo, & turpissimo crimine, cum damnum hoc sit irreparabile. & signati, & cicatrizatione modo, dígito ostenduntur, & sèpenumero taliæ perpetrantes sunt causa perditionis, & destructionis domus, & familiarum (vt experientia docet) quamvis a proditoribus nemo vix tutus evadere possit, vt aduerti in 1. p. sub nu. 75. cum sequens si armis, vel aliter in pura rixa, & non data opera id euenerit, quoniam amota supercheria, (& il grande auantaggio) & circumscriptio statuto pœna statuti ordinatio de vulnerante locum habebit, vt sentit Foller. in sua pract. in verb. de for. capitul. num. 16. & 17. vbi proprie de vulnerante cum vitro, vel alio vase terreo, dicens quod hæc sub statuto de vulnerante lethaliter non comprehenduntur, vt cauerit Neapol. & facit ad statuum Mantuae Rubric. de homicid. §. & intelligentur. de quo memoriam feci supra in 2. parte, sub numero 278.

De cicatrice vero modica, vel magna, & apparenti qualiter statuta sint intelligenda vi. Aug. in d. ver. cicatrix. & Flor. in l. fin. ff. de noxal. & Bonacoss. suis quæstio. crim. super statu. eo. verb. cicatrix. Bertazol. consi. crim. 359. num. 26. vbi etiam loquitur de mandante talia obscena, ex quibus locis collige quod statutum intelligi debet de cicatrice deformante, & perpetuo remansura, secundo de cicatrice facta in pura rixa, aut casu, tertio in facie, & non in alijs partibus corporis, ad. quæ omnia vi. Flor. in l. quæ de hac. ff. si quadrup. paucificis. dicat. & in l. fin. ff. de ijs, qui deiccer. vel effud. Ideo vulnus etiam cum incisione ossium super caput non comprehenditur in statuto, de cicatrice loquente. Bald. consilio 432. volumine quinto.

L Nec est opus iudicio medici, aut chirurgi post quam vulnus est sanatum, & cicatrix evidenter appetit per Alber. Bru. super 3. vol. statu. in verb. cicatrix.

Vbi adde quod iudicium unius medici, retrahari poterit ex interuallo propter peritioris medici iudicium. Bal. in l. si ab hostibus. §. vir. ff. soluto matrimonio, Cott. memor. in verb. statuto Mediolani. sed medicorum iudicium solet adhiberi antequam vulnus sit sanatum, ad effectum, de quo dixi in prac. de test. p. 1. nu. 50. & ad effectum defendendi clientulum, vt per Foller. practic. ver. for. cap. pro vulnere. nu. 22.

Et quamvis alij iudices ordinarij post sententiam in qua omiserint condemnare grauiori pœna vulnerantem ob cicatricem, non possunt postea supplere, tanquam functi sint officio suo. iux. l. iudex postquam, de iudic. l. terminato, vbi Doc. £. de fruct. & lit. expensi. text. in l. centum Capuz.

fi. de eo quod cert. loc. & per Barto. in l. Senatus, ff. de accusat.

Tamen iudex noster, siue suam, siue aliorum sententiam supplere poterit. argum. l. 2. in fin. def. & in leg. 1. C. qui & aduersi. quos. & vi. quæ in propos. dixi sub nume. 76. & 78. & infra sub nu. 284. & plura concessi in 6. p. sub nu....

Quia vt dixi in 1. par. nume. 7. 8. 9. & sequent. iudex Brachij Regij non est punctualiter alligatus tempori, loco, statutis, aut solemnitatibus iuris, sed duntaxat rationi iustitie, & aequitati, & quandoque rigori, vbi expedit ad effectum, vt rite, & recte prouincia gubernetur. leg. congruit. ff. de off. præsi.

M Et quod dictum est de vulnerantibus in facie, idem dicendum est quo ad fædandum, seu sterco-rizandum faciem, attramento, stercore, vel simili-bus nefandis rebus, nam quo ad procedendum eodem modo, & ratione rigorofissime eundū est, per l. illud. ad leg. Aquil. sed quo ad puniendum, cum damnum sit reparabile, aqua & ablutione, et non est perpetuo permanens, leuiori pena eundū est, quam in cicatricibus, ed attenta qualita te personæ offendit, iniuria ponderabitur. l. sancimus. ff. de pœn. & ad evitanda scandalis grauior pœna imponi posset, vt cæteris transeat in exemplum. vi. sup. nu. 94.

N De illis autem qui capillos, aut barbam, seu pilos per vim, & ad iniuriam extrahunt, scarpinant, vel tondunt, pœna extimanda est pro qualitate facti, & personæ, iuxta l. item apud Labeonem, §. generaliter, de iniuriæ ext. tex. in l. vestem sordidam, eod. titu. et si sanguis pariter non exeat pena est de iure librarum decem parti applicandarum, & librarum viginti fisco, c. 1. §. si quis aliquem, de pac. tenet. in v. feudo. Rom. singul. 573. & vi. Ang. in verb. membrum predictum. nume. 3. Sed hodie pœna erit arbitria extim anda, secundum quod deformitas apparebit. Afflict. in constitu. hac edit. & alii. in fi. & sicut ad ornatum, & decus mulierum capilli longi permittuntur, & honestatem ostendunt. Menoch. de arb. cas. 392. nume. 30. 31. & sequen. ita ob penitentiam filiarum lasciuarum partibus permittitur tondere illis capillos, in authen. sed hodie. C. ad leg. Jul. de adulter. vt in Ciuitate Genua meo tempore seruatum fuit a quodam viro nobili, & illustri, sicuti factum est uxori, quæ scienter alteri viuente viro nuplit, vt ait Bertaz. in ver. capilli.

O Non enim ita grauiter erit puniendus, qui barbam in aliqua parte lædit, sicut qui totam scarpinat, vt per Bald. in l. reos. C. de accusat. sic de abscessione unius digiti, manus, vel alicuius partis natum, aut auricularum. Baiard. ad Clar. quæstione 69.

Nam hæc sunt partes membra, sed non membrum, sicut nec lingua, labia, dentes, & mamille, de quibus per Caffa. in consuetu. Burg. rub. 1. §. 5. Fab. a Montelco. pract. arb. par. 4. pag. 97. licet D. Farinac. de delict. & pœn. quæst. 29. nu. 23. ait esse membra ea ratione, quia distinctam operationem habent, tamen non sunt membra principalissima sed accessoria, vel inferiorea alijs membris, de quibus sup. nu. 152. lit. I.

Et aliae sunt corporis partes integrales, aliae quotiæ. vt de domo dicitur quod constat ex pariete, & tecto, ac fundamentis, vt supra numero 87. & 88.

P Et de dígito manus, aut pedis qui est pars membra, & officium, l. non sunt liberi, vbi Bart. & Doc.

P ff. de

ff. de stat. ho. sed si statutum imponit pœnam pro membro debilitato, tunc per truncationem digitii pœna locum habet. Bal. in c. i. de no. for. fidel. in vñ. feudo. & in auth. sed nouo iure, C. de seru. fug. Atet. in ver. membrum, de malef. late Felyn. in c. cum illorum, pen. col. ver. digitus, de sent. excom. & Abb. in cap. accusasti, in fi. extra de accusat. vi. Foller. pract. crim. in ver. de for. cap. in vulnere, nume. 23.

Q Et quoad pœnam mutilationis membra pœna erit arbitria, nisi statuto expresse caueatur, & difficit mūtilatio membra, a debilitatione, vt per Ange. in l. non solum, ff. de rei ven. & Dec. in l. si fugitiui, C. de seru. fug. Ang. quo. tract. malef. in ver. membrum. sicuti hæc duo differunt a deturpatione per supradicta. vi. Bonacor. in verb. membrum super statu. crim.

153 † Quarendum est an plures pro vno tantum delicto tenentur in solidum, vel quilibet pro sui parte ad ratam loquendō de pena pecuniaria? hæc est materia l. item Mela, §. si plures, & l. si plures, ff. de iniur. & placet distinctio Dyni in cap. ratihabitionem, num. 19. vbi ait, aut est actum ratione delicti ad interesse, aut ad pœnam pecuniariam vel corporalem: primo casu omnes in solidum teneantur, sed vno soluente cæteri libertantur. l. i. §. quoties, ff. de vi, & vi arma. Secundo casu non, quia non omnes eandem pœnā patiuntur, l. adeo, ff. de furis d. omn. iud. l. ita vulneratus, ad l. Aquil. & dispositio l. item Mela, §. si plures, punit omnes, quia jibi plura erant facta diuersarum personarum distincta: ideo vnius vno modo, aliis alio modo punitus est, facit Natt. consil. 79. quem Clar. adducit quæstio. 84. ver. fin. & de pluribus vnius furum facientibus circa pœnam corporalem loquitur Andr. de Isern. de pac. eten. §. si quis quinque solidos, vbi posse suspendi ait, licet iste textus videatur crudelis, sed propter violationem pacis facetus est, sed quoad restitutionem, & emendam damni iam dictum est solutione vnius cæteros liberati a restitutione, & non a pœna, per tex. l. i. C. de fuit. & l. i. §. si plures, ff. de eo per quem fac. erit, Gomel. de delict. cap. 1. num. 88. ver. ex quo inferitur, Scrib. in l. 3. §. 1. ff. de duob. reis, & in l. i. C. si plures vna sent. in auth. hoc ita, C. de duobus reis, datur tamen soluenti repetitio aduersus cōsocios, Gomel. de duobus reis, nu. 3. & in tit. de delict. ca. 1. num. 88.

Sed pro vno homicidio, si multi interfuerint excedentes numerum quatuor, licet eodem animo ad occidendum æque interfuerint, tamen æquitate, cogente non omnes de consuetudine mori debent, sed ille, vel illi, qui vulnera letalalia intulerunt, Cæteri autem ad tritemes perpetuo damna-ri solent, nisi alias fuerint soliti delinquere, vel omnes fuerint assassini. l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. Clar. q. 60. ver. allegatur.

154 † Quando autem dicatur vnum factum, vel plura, quando vnum furum, vel vnum verbum iniuriōsum, vel plura, tradunt Bart. in d. nunquā plura, ff. de priuat. delict. Doctores in l. si familia, ff. de iuri d. omn. iud. & alij DD. allegati in addit. Dyn. ad d. reg. ratihabitionem, lit. o. & tunc dicitur vnum factum, si ex diuersis actibus subordinatis ad illud perducitur, vide supra num. 148. & infra num. 184. dicuntur plura delicta, si quilibet actus de per se delictum est. de primo exemplum est portare ensim, extrahere, insultare, & offendere; de secundo est portare arma prohibita pro defendendo; nam licet non offendere, debet puniri

pro delatione, si offendere, pro utroque, sed vide Doctores supra adductos.

155 † An autem sententia condemnatoria, vel absolutoria contra vnum ex pluribus socijs criminis noceat, vel pro sit alijs? Gomel. de delict. ca. 1. nu. 88. dicit, quod in delictis nonconnexis a pluribus commissis vnuquisque principaliter, & de per se tenetur, per tex. l. si quis ad quod, §. fi. cum l. 156 seq. ff. de iuri. om. iu. f. & quæ dicantur connexa delicta ponit Dec. tra. cri. to. 1. lib. 3. c. 33. nu. 3. vbi ait, quod connexa dicuntur lenocinium, & adulterium, eo quia ad eundem finem tendunt, quamvis quodlibet per se sit delictum; tamen est medium ordinatum ad idem.

Secundo Gom. d. c. 1. nu 88. dicit, quod in delictis connexis sententia absolutoria lata in favorem vnius prodest alteri, tex. in l. denūciatione, §. 1. ff. de adult. at limitat hanc conclusionē respectu decoris matrimonij, vt actus magis pereat, quam ut sustineatur, at in alijs delictis cōnexis, vt in criminis incestus, stupri, sodomiæ, & similibus, sententia lata ad favorem vnius alteri non prodest: Verū si alter ex stupratoribus absoluatur, vt quia forte per torturam indicia purgauit, tūc dictum Gom. procedere potest. At si absolutus sit (quia non constat, neque probatum est ipsum fuisse delinquentem) tunc vno absoluto, alter viq; absolutus dicitur ratione connexitatis, † cum in connexis idem sit iudicium, l. cum actu, de neg. gest. c. translato, de constit. Tamē in practica seruatur, vt si ambo sunt presentes, ambo absoluantur, vel condemnantur, & si forte vnu in negotiis perficitur, & alter confiteatur, tūc negans absolvitur, & confessus damnetur in eadem sententia. Si vero vnu sit præsens, et alter absens, primo processus contra absente perficitur, vsque ad sententiam inclusiue condamnando illum in contumaciam; & postea deuenientur ad expeditiōne cause contra præsentem, Cla. q. 49. ver. scias, Ant. Scap. tra. iu. non scrip. li. 5. c. 1 14. nu. 14. cum seq. & hæc est vera & rutior practica, quæ tollit supradictam difficultatem; & etiam ne ob publicationem processus edita præsentem absenti, eius continuum propalentur, & sic non publicatur presenti processus, nisi prius absente condemnato, & ita vbiique obseruatur. Nec obstat quod in contrarium videtur innuere Gom. d. c. 1. sub n. 88. ver. si quia nō debet intelligi, si omnes delinquentes sunt

158 præsentes, † quo casu iudex bene potest ferre sententiam contra vnum si liquet de causa, & contra eum exequi, licet adhuc duret instantia processus contra alios; Simili modo si vnu ex pluribus omnibus appellatis appellauit, quia appellatione durante iudex exequi potest sententiam contra alios, qui nō appellariunt, vt idem Gomel. loc. cit. dicit, sed hoc intellige dum modo transacti sint dies dati ad applicandum, vt in l. i. ff. de re iu. c. 1. ti. eo. Lance. de atten. tit. null. pend. num. 20. fol. 328.

159 † Tertio Gom. d. c. 1. nu. 90. dicit, quod quādo delictum est commissum ab vno principaliter, & pena bonorum pertinet in consequentiā ad alium, tunc condemnatio principalis nō est alteri, per l. i. C. vbi fisc. cau. & Bart. in l. filius fisci deve- ob. & ex hac conclusione idem Gomelius quatuor facit illationes. Primo, quod sententia lata contra occisores alicuius defuncti, nō est herediti non vinculans nec defuncti in foro fori, secundū Bart. in l. i. C. vbi cau. fisi. & Cor. ibi declarat. Secunda illatio est, q. si delictū tale est, per quod alienatio bonorum prohibetur a die cōmissi delicti, iux. auth. bona damnatorum, C. eo. tunc sententia lata con-

erā principalem delinquentem praeiudicat possessoribus, in quibus bona alienata sunt, l. quisquis, §. filii vero, C. ad leg. Iul. Maiest. Tertia illatio est, quod sententia lata contra seruum delinquentem capitaliter nocet, & praeiudicat domino non citato, nec vocato quoad priuationē ipsius serui. Quarta illatio est, quia sententia lata contra filium nocet patri non vocato, quatenus est legitima, Bart. d.l. cum filius fam. de verb. oblig. de ijs per Ias. in l. 160 frater a fratre, ff. eo. † sicut etiam de consuetudine tenet sententia lata contra adultū curatore nō citato, Clar. q. 50. ver. primo, Ant. Colum. trac. cō trou. crim. art. 171. & 174. Scio tamen regulam esse in ciuilibus, quod sententia lata contra præsentem, aut contumacē non potest nocere tertio non citato, d.l. cum filius fam. vbi Bart. de verb. oblig. tot. tit. res inter alios acta, & Gomes. d.c. 1. nu. 91. 161 ait, quod innocens, † qui delictum non commisit, si ob ignorantiam aut malitiam iudicis seu testium, aut metu tormentorum condemnatus, & occisus est, & postea de eius innocentia constet, ut quia alter inuentus sit culpabilis, tūc iste etiam puniri debet pœna mortis, quia sententia, & eius executio secura contra innocentem non relevat alium culpabilem, Pet. Cab. cas. cri. 37. vbi pulcre hanc rē explicat, & opinio Gomesij est vera. Sed mirum in modum damnat iudicem, & alios, qui malitia, aut supina ignorantia innocentem condemnari, & occidi fecerunt, secundum Doctores in l. error, ff. de iur. & fact. igno. & in l. absentem, ff. de pœn. nec dignitas & suprema authoritas quēquam excusabunt, quia Deus non est acceptator personarum, Deut. 10. & Act. 10. & alibi sape hoc Scriptura testante: & hæc a Gomes. Doctore celeberrimo colligere hic volui tanquam quotidiana & summopere practicabilia.

162. † Verum si condemnatus antequam sententia exequatur innocens reperitur, tunc iudex noster poterit retractare suam sententiam, vt supra dixi in materia innocentiae, & iudex ordinarius super sedebit, donec Principem admonuerit, Boff. tit. si aduers. rem iud. nu. 28. Cartar. de exec. sent. cap. bā nit. c. 3. n. 6. Farin. cum ibi per eum addu. q. 11. nu. 12. & ibi ponit formam sententiae contra bannitos contumaces, quam definitiuam vocat vigore statutorum, n. 94. & si nocens peruerterit in fortiam iustitiae puniendus erit, quāvis innocens pro nomine pœnas indebita luit. leg. seruum, ff. de inter. act. vbi Bald.

163. † Cæterum in proposito materiæ nostræ principalis, in qua queritur si plures in uno facto interuenerunt, siue in una rixa, & appensate, seu animo deliberato qualiter, sententia sit proferenda, vide eundem Cartar. c. fi. nu. 245. cum plu. seq. d. tra. de execut. sent. capt. bann. & Dec. cons. 75. vo. 3. Rota Vall. cons. 63. vo. 3. omnino D. Men. qui pulcre hanc rem explicat de arb. cas. 362. & tetigi in pract. de test. p. 1. num. 87. ibi sed aduerte. An in casu incertitudinis ambo sint condemnandi, vel absoluendi, vide Tiraq. tra. de pœn. tempe. cau. 60 61. 62. 63. & 64. Hic incertitudinis materiæ attingere opportunum videtur, qua de re si duo ad iniuriam verbis contendant, & deinde ad rixam deueniant, & ignoratur quis fuerit author rixæ ambo in contumaciā condemnantur, siue pœna sit pecuniaria, siue corporalis, verū si unus ex eis se constituerit sponte, aut capiatur, & se iustificet, & alter sit contumax, iste condemnatur ob contumaciā, at si ambo sponte constituti, vel capti fuerint, tūc ille qui est magis rixosus præsumitur author rixæ:

item si unus remansit vulneratus, alter nō, qui vulnerauit author in dubio præsumitur, sicut si unus arma habebat, alter non, vel unus pugione, & ensem, alter tantum pugionem, nisi is ense armatus solum cum pugione, nequam euaginato ense alterauerit. De hac re Cor. cons. 1. vo. 1. Boer. decisio. 237. & Mediolani extat ordo Senatus quod qui primo euaginauerit plectatur certa pœna, ut in proclamate anni 1555. primo Iulij, & in Add. ad no. ord. car. 7. vbi in d. pœnam incurere socios primo euaginant. hæc prouisio videtur dempta ex l. 1. §. cum Arietes, vbi glo. ff. si quadrup. pauper. feciss. dic. & meminit Clar. §. fin. quest. 60. ver. vi. di ego. idem in §. homicidium, vers. alia est. Gom. var. resol. tit. de homic. n. 36. Ang. de malef. in ver. & dictus Titius. nu. 37. cum seq.

T Et facit etiam pro pace, & tregua rupta, nam supra p. 2. num. 259. lit. k. & sequen. nam si quis est prouocatus non incurrit in pœnam conventionalem, aut prætoriam. Si vero sit dubium quis fuerit prouocator, potest iudicari iuxta prædictam distinctionem circumscriptis statutis, vel alia lege Ducali.

Et ad inueniendam ad hunc effectum veritatem percussor (qui habet inditium ex præsumptione conta se) poterit torqueri, vt ait Boer. d. decisio. 237. pro interesse fisci quoad pœnam augendā. Nā ex quo operam rei illicitæ dedit, debet sequi condemnatio, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. siue contra unum, siue contra ambos, iuxta prædictam distinctionem, at quoad interesse priuatum, non posse torqueri. vt supra de pace rupta dictum est. & ita est intelligendus Boer. d. decisio. 237.

Et vbi vertitur pœna conventionalis, causa semper est examinanda, propter quam rixa facta fuit, & an cum armis ab initio, vel ex post facto, vt per Fel. in c. dilecti. col. fi. de excep. Boff. de iur. nu. 8. & qualitas personæ summopere consideranda, vt rectum iudicium fieri possit.

Verum enim vero cum hæc materia condemnandi plures pro uno facto sit valde practicabis, & quotidiana (in qua multi multa loquuntur) decreui figurare casum multos casus in practica continentem, cum infrascriptis allegationibus, distinctionibus, & solutionibus, tam quoad interpretationem iuris communis, quam statutorum, & aliorum ordinum.

Casus igitur erit; quidam opera sui serui tres homines accersiti fecit, vt bastonarent duos homines simul commorantes, ex aliqua causa motus, & isti tres explorato tempore noctis cum baculis in quadam domuncula se receperunt iuxta iter, per quod eo tempore existimabant illos duos transituros, & circa horam noctis (istis tribus edita domuncula cum baculis exeuntibus) obtulam sibi habuerunt principalem mandantem, qui attulit vni spontem, alteri bidentem rusticalem, & alij alium spontem, & cum eo patiter aduenit quidam alius dolone, & sica armatus, qui se cum dictis tribus associavit, & tanquam dux, & consocius adjunctus est eis, & mandans oretenus repetito mandato ad bastonandum, illisque a se admonitus, vt irent cum isto quarto socio, & bene aduerterent ne ignauias facerent, discedit ab eis: Sic ipsis quatuor euntibus ea nocte versus iter, per quod de more venire sciebant illos, quos bastonare volebant, eos prope pertransientes, armatos viderunt, cum uno eorum famulo pariter alabarda armato, circa secundam noctis aere obscuro, & statim nullis dictis verbis isti qua-

tuor contra dictos tres incautos irruentes ad mena
re recuperunt cum dictis armis, more bastonandi,
& ynum percusserunt in humero, & capite, in quo
vulneratus remansit, sicut & alium socium eodem
modo, qui tamen se defendendo vulnerauit
vnum ex aggressoribus in humero punctum cum
alabarda. Tandem vero iste aggressor ira vulnera-
tus magnum edidit vulnus cum sica in capite al-
terius ex dictis, quos bastonare decreuerant, qui è
dicto vulnero eadem hora obiit, & sic factum di-
uersimode ab opere incepit, & (ut fertur) ab ani-
mo securum est.

164. † Quarebatur an omnes isti aggressores tene-
rentur de homicidio? & stante narratione facti vi
debatur dicendum quod sic. Primo virtute statuti
in rub. de homicidio voluntario, casuali, & necel-
lario, §. prahentes vero, yli auxiliatores eadem pe-
na puniuntur, quod idem de iure communi, per
l.i. & l.item Mela, §. plures, ad leg. Aquil. l. quo
niam multa facinora. C. de vi pub. & priu. & Bal.
in l. si rixa. C. ad leg. Corn. de sic. & idem Bal. in l.
non ideo minus, vers. sed iuxta hæc, C. de accus. &
alijs quos allegat pro hac parte Ale. c. 1. 15. vo. 1. &
ad d. 3. in l. quoniam multa facinora, Boff. in t. de
homic. n. 26. & seq. nu. 37. & 71. pulcre Anguissol.
conf. 23. nu. 5. li. 1. & in hanc partem videtur incli-
nare Fel. in ea. 1. sub nu. 13. ver. tertium membrū,
de off. iud. deleg. Auxiliaturque quatuor modis,
primo ad ipsum crimen ordinatum, secundo in ip-
so actu criminis ad ipsum perpetrandū, tertio post
crimen ad ipsum continuandum, quarto ad delin-
quentem euadendum, vt per Ant. Columba. trac.
de controv. cri. ar. 82. & facit vulgaris regula, quod

165. agentes † & consentientes parti pena puniuntur,
l. si quenquam, C. de epis. & cle. l. quisquis, C. ad l.
Iul. Majest. cum mul. sim. C. & pol. in suo vulgatis.
conf. cri. 2. & Boff. in l. furtum, ff. de fur. Mars. c. 31.
30. nu. 21. & 22. & intellige vt per Ruin. conf. 82.
nu. 5. Rim. iun. conf. 106. nu. 12. tom. 1. quod inter
conf. crim. diuerso. vi. Bero. conf. 192. per tot. vi.
Capol. in suo vulg. conf. 2. Bart. in l. furtum. ff. de
fur. Mars. conf. 30. nu. 21. & 22. & intellige vt per
Rui. conf. 82. nu. 5. vo. 4. Rim. iun. conf. 106. n. 12.
to. l. inter conf. cri. diuerso. Bero. conf. 192. per tot.
vo. 3. qui tenet quod ob consilium, opem, & mini-
sterium punitur, vt in accipiente precium, in accō
modante scalas, Grat. conf. 52. vo. 2. Nouel. pract.
nu. 199. & seq. vbi de malo exploratore.

166. † Præterea ille, qui dando o peram rei illicitæ
excedit, tenetur pena ordinaria, quatenus excessus
patitur, maxime si verisimiliter potuit saltē
in genere cogitare, quod sequeretur id quod secu-
tum est, Aret. conf. 3. 4. & alios adducit Boff. d. tir.
de homic. nu. 92. & Bertazo. conf. 326. lit. A. & B.
& prius c. 299. lit. A. li. 2. vbi coadunatos ad ma-
lū vult eadem pena teneri, qua homicida, eo quia
præcogitare potuerunt, & tenebantur, idem confi-
232. par. 3. Bal. in l. mandati, C. mandati.

167. † In contrarium, quod isti auxiliatores non
debeant puniri pena ordinaria, sed mitiori, vide-
tur facere tex. in c. fin. de homic. vbi quod quisque
punitur pro sua culpa tantum, & multū differt cul-
pa a dolo, d. l. item Mela, §. si plures seruum occi-
derint, & appareat cuius iactus obierit, ille tenetur
de occiso, & facit Dyn. in reg. ratihabitionem, nu.
27. & etiā si sequatur mors aut abortus culpa, sed
non dolo, pena culpæ commensuranda erit, sicut
dicitur de illo qui ignoranter & inaduerterē im-
pulit mulierem prægnantem quæ fecit abortum.
Nā tenebitur pena extraordinaria, Ang. in l. pen.

de sic. Lud. in l. 1. §. occitorum, ff. ad Syll. alia ex-
pla habes supra num. 56. vt simile de impellente il-
lum qui gladium præ manibus habens se vulnera-
uit, vel occisus est ob talem impulsionem, de quo
Angel. conf. 285. in dubio delictum præsumitur
casu, vel in pura rixa commissum, Menoc. de arb.
cas. 10. Blanc. de indic. num. 176. & qui aliter dicit
probare debet, l. si ex plagijs, §. 1. ad leg. Aquil. l. fi.
ad leg. Corn. Bonac. in suis quest. in verb. rixa,
Plot. consil. 179. inter consil. crim. diuers. & rixa
non dicitur per admenationem tatum, sed ex ver-
bis ad contentio nem, & ex contentione ad facta,
Cano. in c. nuper, de sent. exc. Nam vbi non inter-
veniunt pœnæ, aut vulnera inter verbis co-
tendentes, non dicitur proprie rixa. l. si ex plagijs.
§. 1. ad leg. Aquil. l. fin. ad leg. Cor. Bonac. super
168. statu. in loc. mox cit. † & pœna est commensu-
randa culpæ, l. recipiendum, ff. de pen. quisque pro-
modo culpæ erit condemnandus, at cum scimus
occisorem, alij non debent eandem pœnam pati,
facit Bar. in l. recipiuntur, §. delinquunt, ff. de pen.
l. fi. de sicar. Saly. in d. L. quoniam multa facinora,
nu. 16. & 17. vers. supposito ibi ideo videndum, de
vi pub. & priu. idē in l. nu. 24. vers. fallit, & vers.
ex prædictis, C. de rapt. virg. & Ale. in fortioribus
termīnis d. consil. 15. per to. & ibi Apostil. lit. D. vo.
1. in final. verbis, quamvis aiunt reprobari a Nat.
in certo consil. quod non credam nisi video, hanc
partem tenent Gram. conf. cri. 5. Bertraz. conf. 326
li. 2. & in hac materia bastonandi vide Mart. in l.
1. §. Diuus, nu. 9. & alibi de sicar. Foller. pract. cri.
§. ad defensam, nu. 16. & alibi, Cast. conf. 255. viso
suprascripto pūcto. vo. 1. vbi loquitur in simili sta-
tuto Mantue, Maria. Soc. conf. 58. in causa inqui-
tionis, 1. p. idem Gram. vot. 23. & Ale. conf. 140.
videtur vo. 1. Boff. ti. de homic. nu. 37. & 71. cum
plu. seq. vbi declarat materiam d. l. quoniam mul-
ta facinora, C. de vi pub. & priu. Ias. in l. 1. col. 3. de
leg. † Nam si ille, qui animo bastonandi casu oc-
cidit, non tenetur pœna ordinaria, quanto minus
illi, qui non occiderunt nec cōtra occisum iactus in-
tulerunt, prout in facto constare afferitur. Cast. co-
fi. 227. in causa incarceratedia. vo. 2. Nec potest co-
stare quod ante factum, in facto, vel post factum
isti animus talem habuerint, sed duntaxat basto-
nādi, nox enim obscura erat, & quilibet habebat
suum aduersarium, cum quo quis iactus more ba-
stonandi admenabat, nec erat locus, nec tempus
conterendi circa animaduersiōnem.

Et quamvis ad contraria a patre veritatis Do-
ctore Alexandro alleg. conf. 15. & 140. optima re-
sponsio sit data iuribus, & authoritatibus, nihil
mines vnioco tantum verbo infirmitas hæc sanati
potest, & sic dicitur quod adducta in contrarium
non adaptantur casui isto, sed iura, & Doctores lo-
quuntur in eo, qui occidit, licet animum bastonā-
di habuerit, & in alijs consocijs, quibus in facto
animus occidendi venerit; & quando ille qui oc-
cidit habet arma apta occidere secus si cū bastono
vel lapide occidit, quia hoc in casu iūmus in ho-
micio casuali, & non voluntario, vt inf. dicam;
& licet isti fuerint & ipsi aggressores & percusse-
rint, vt ex facti narratione percipitur, & pugna in-
ter eos non appareat fuisse distincta, tamen appa-
ret quod ipsi tantum bastonauerint alios, & nullo
modo quidquam commiserint contra hunc occi-
sum; Ergo ab armis horū nullo modo occisus dici
170. potest, † & sic inclusio vnius est exclusio aliorū.
l. 2. ff. de iud. Quod autem isti more bastonādi adme-
nauerint, testatur proprijmet offensi, & isti rei de-
tentii

- 171 tenti ita in tortura sustinuerunt † quo casu (si secundum acta, & probata iudicandum est, l. illicitas, §. veritas, de off. præf.) percipitur quod in istis nō cadit animus homicidij, & sic cessante dolor cessa pœna ordinatio, Tiraq. in tra. cau. cess. in ver. dolo cessante, habebat quippe isti arma quibus impossibile erat tale vulnus inferri posse, & nō esse, vel esse non posse, patet sūnt, l. i. vbi gl. de cōd. inst. l. cum vnus, §. fi. de bo. auth. iud. poss. & de istis quatuor aggressoribus duo fuere detenti solūmodo, & alij duo in contumaciam bānit, & merito, quia unus bannitorum habebat sicā, alter ensem cum dolone, & vulnus fuit cæsim illatum cū sica, aut cū ene, & non aliter appetet. Et est veri simile hunc qui sica ad menabat occidisse, tū quia 172 qualitas † vulneris adaptabatur sicæ, & hoc indicium magnum facit, Farin. de indi. q. 70. nu. 77. & 78. vbi anima ad mensuram vulneris faciunt indicium; et quia in humero punctum sentiens se vulneratum, verisimile est q̄ ira accensus & dolo re vulneris istum occiderit, D. Men. de præsu. li. 1. præf. 14. nu. 21. & 22. Non obstat Bertaz. cōf. 23. 2. vbi dicit teneri, qui cogitare potuit, quod in facto posset homicidium sequi; quia loquitur in eo, qui scelopā exoneravit, qui casus multum differt a casu nostro. Omnia namque vulnera scelopo illata aīo occidendi præsumuntur, secus cum baculo, vt inf. nu. 174. minusq; obstat, quod ex facto percipitur 173 mutasse animum, † quia animi mutatio nō præsumitur, D. Men. de præsu. li. 6. præsu. 25. & 42. hec alij socij actum aliquo modo fecerūt, vt occisio se queretur, nec scientiam habuerūt de animo homicidie ante, in facto, vel post, vt in processu cōstitit; quo casu scelopū incumbit hanc qualitatem scientiæ probare, Gram. decis. 25. n. 3. & cons. 36. Bal. in l. i. de ser. corrup. Mars. cons. 30. vo. 1. Dec. tra. cri. tit. de auxiliat. c. 34. n. 7. to. 1. & est opinio cōis, & statib; supradictis partes Iudicis ita arbitrii debet, 174 Aug. ad Ang. in ver. et dictus Andreas, n. 4. † Et licet isti alios vulnerauerint, & præsumantur animum occidendi habuisse, iuxta dispositionē dicti statuti de homic. §. & intelligatur semper percutientē, & vulnerantē fecisse animo occidendi, tamen statutum se declarat, quando ex proposito insultando quis mortaliter & lethaliter vulneratur, sed isti nō vulnerarūt lethaliter, ergo, &c. & statutū loquuntur si in eū, qui occisus est, vulnus illatum eset. Non obstat q̄ dimissis baculis isti mādatarij sumperint alia arma hastata, & que apta ad occidēdū, secundū considerationē Bar. in l. cū mandanti, C. mand. quia et dicta arma fuerunt apta ad bastonandum, & more bastonandi vbi fuere hastis armis, 175 tū, si credendū est proprijsmet offensis. † Vnde non dicitur hoc esse quod ab hoc cōtingit abesse, Loctau. C. vn. cogn. vltra quod ipsi nullo modo iactus intulerūt in occisum quod appareat. Et stare potest vt quis armis percutiat, & nihilominus animū occidendi non habeat, pulcre Crau. cōf. 119 nu. 6. ver. 2. in fi. vo. 2. Et dictū Bal. in d. l. mādati, procedit in eo, qui volens vulnerare occidit, & nō in eo, qui nec occidit, nec vulnerauit, imo a cōiter accidentib; præsertim in quibusdam partib; rustici & alij scelopis incedunt armati, & scelopis occidūt & non armis hastatis, qua de re si animū occidendi habuissent, vtique scelopos accepissent, & hoc argumentum a cōiter accidentib; est validissimum, l. nam ad ea, ff. de leg. Euera. in loc. a cō. accidētib. 176. † Non obstat statutum de homicidio in §. præbentes vero, quia loquitur in auxiliatore, auxiliū præstante ei, qui vere occidit, & scientiam haben-
- te de dolo eius, qui occidit, sic interpretantib; Doctoribus quos adducit Burs. conf. 216. nu. 65. & 85. vo. 1. quod optima ratione demonstratur ex verbis ipsiusmet statuti: quoniam ibidem loquitur de homicida doloso, & subiicit loquendo de auxiliatore sub eadem materia dolosi; & sic accessoriū sequitur naturam principalis, c. accessoriū, & secundum subiectam materiam interpretatio fieri debet, l. si vno anno. ff. loc. l. insulam, de præf. ver. & præcedentia declarant sequentia, l. si servus pluriū, §. fi. de leg. 1. præsertim in eadem met dispositiōne, l. cum actum, de neg. gest. & absurdū eset, vt tantam pœna pateretur ille, qui dolo caret, quātā ille, qui est in dolo, l. illud, ad leg. Aq. l. fi. de rit. 178 nupt. & † statutum puniens auxiliatorem, sicut principalem intelligitur de auxilio, quod fuit causa maleficij, & non de quolibet modo auxiliandi, Mars. cons. 30. col. 3. Ruin. cons. 82. nu. 5. vo. 4. Rimi. iun. cons. 106. nu. 12. vol. 1. consil. 3. 10. volu. 3. 179 † Præterea statutum prædictum postquam locutum est de homicidio doloso, tractat de homicidio casuali, seu culpoſo, & in hoc casu pœna statuti est pecuniaria, esto quod causam culposam isti habeant, cum operam rei illicitæ dederint; sed reuera quoad istos nulla inuenitur causa, per quā ille occisus remansit ab illo bannito, & ideo pœna pecuniaria minus ordinaria ī puniti sunt, l. respiciendum, ff. de pœn. Sequitur deinde statutū, & tertium caput facit de homicidio fortuito, & necessario, & reuera homicidium, nec in isto primo capite verificatur, sed in secundo, ex quo culpa præcessit casum, Clar. §. homicidium, vers. dicitur etiam culposum, sed intellige in homicida & non in alijs Boll. in titul. de homicid. num. 73. 180 † Non obstat regula, quod agentes, & consentientes pari pœna puniantur, l. si quenquam, C. de Episc. & Cle. cum simil. Nam procedit, si omnes eiusdem animi fuere ad occidendum, ita Salyc. in l. i. sub nu. 24. C. de rapt. virg. vbi responderet ad omnia contraria, vel si non constat extrinsecè aliquē actum contra occisum consentientes fecisse, per quem eundem animum habuisse percipi possit, Clar. §. fi. q. 87. vers. hac autem, in fin. Burs. consil. 216. nu. 67. & 85. & ideo quilibet istorum tenetur tantum pro suo facto, & non pro facto alterius, Bal. in l. non ideo minus, col. 8. in fin. nu. 30. C. de accusa. & ad interpretationem huiusmodi statuti facit Kirchouius in suis cō. op. cōcl. 63. cēt. 4. p. 10. Non obstat, quod isti detenti dederint operam rei illicitæ euntes ex proposito simul cum dicto homicidio ad bastonandum, in quo facto, & ipsi percutserint, & vulnerauerint duos socios occisi, quia ex hac causa forte maiori pœna, quam statutaria in secundo capite pecuniaria venirent condemnandi, sed nequaquam pœna ordinaria de occiso, per supradicta.
- 181 † Nec obstat aliud fundamentum ex eo, quia præsumuntur cogitasse in genere id quod euenerit, vel cogitare tenebantur, cum turpe sit dicere non putaram, Bertazol. consil. 326. lit. A. vol. 2. quia in personis rusticis non cadit speculatiua, ad quod facit Menoch. de arb. cas. 193. & 194. sed ex facto alium animum, alium cogitatum longe ab homicidio percipimus, vltra quod tale fundamentum procedit in eo, qui occidit, & non in alijs, & ex facto, & ex tortura ijs illata, præsumptio in contrarium est corroborata, & sic non est pars ratio occidi & bastonandi, l. in eo, vbi Dec. de reg. iu. l. Proculus, ff. de dam. infe. † sicut nō est pars rō lucri & dāni p̄ diura. Rursus ex infra scriptis. celsat oīno a-

nimus occidendi, seu ad occidendum auxilijs praestandi, quoad istos, quoniam nullam inimicitiae causam cum offendis habuere, nec eos cognoscerebant, nec aliquid commodum ante, vel post senserunt, sed ut morem gererent mandanti causa bastonandi iuerunt, nec aliter in toto processu constat, quod eo magis presumendum est, quandoquidem isti non sunt soliti delinquere; causa non est indicanda ab effectu, si causa est leuis, & effectus grauior, DD. in l. non codicillum, C. de testa. multo minus quando unus mandat, & alter exequitur. Respectu enim mandantis constat de leui causa inimicitiae, & non graui, qua de re cessat presumptio animi occidendi, vt supra num. 181. vide quae dixi in pract. de test. in 4. par. num. 205. & in terminis Bru. a Sol. q. 34. nu. 47. vbi iuxta qualitatem iniuriae animum vindicatum, qualis fuerit, presumendum esse, & credo id verum esse, nisi mala qualitas iniuriati aliud suadeat, dixi in 3. 183 p. num. 126. & 127. † Hic tandem procedit illa distinctio Bertazoli consil. 326. lit. B. p. 2. vbi vide tur velle omnes teneri eadem pena, quia eius opinio potest habere locum quando plures contra unum iuerunt; secus quando plures contra plures, vt in casu isto; nam si ex pluribus unus solus occidit alium secum pugnantem, & alij nihil mali contra occisum egerunt, alij non debent vlo modo teneri, nisi pro eorum facto datum, vt supra dictum est, & isti taliter se gesserunt in facto, qualiter animum bastonandi habuerunt; ergo iuxta mensuram delicti puniri debent, l. respiciendum, ff. de pen. Clar. q. 85. vers. scias, pulchre Tiraq. de pen. temp. caus. pen.

184. † Colligo igitur ex supradictis iuribus, & auctoritatibus, quod quando quis dedit operam rei illicitae, vt aliquem offenderet bastonando, aut vulneraret, & in facto occidat, teneatur de occiso, iuxta l. quoniam multa facinora; & similiter quando non in pura rixa, sed ex proposito multi simul ad bastonandum, vel ad vulnerandum iuerunt, et in facto unus occidit tantum, sed ignoratur quis sit occisor, omnes tenentur de occiso, per d.l. quoniam multa facinora, C. de vi publ. & vi priu. & Bertaz. d. consil. 326. & Pet. Cab. cas. cri. 125. Cępo. consil. 34. 36. 37. & seq.

Si vero certus est qui occidit, tunc ille tenetur pena ordinaria, ceteri qui non percusserunt pena 185 extraordinaria, vt in casu isto; † & ita procedit distinctio Dyni d.c. in obscuris, num. 20. de regu. iur. in 6. & facit Brun. a Sol. in suis questio. quest. 34. num. 43. vbi in graubus delictis agentes, & consentientes ex proposito, & de eo quod secutum est ultra primum propositum teneri eadem pena, intellige ut ibi. At quod unus ex pluribus certo fuerit occisor, pot est ex dicto vulnerati percipi, aut per testes sciri, vel ex qualitate armorum, quoniam si tres habent arma minime apta ad inferendum vulnus, de quo quis moritur, quartus autem socius habet, non est dubium quin ipse sit homicida, vt in casu nostro, & per Farinac. d. questio. 70. nu. 77. & 78. de indic. donec contrarium probetur, nisi in alijs etiam animus concurrat ad 186 homicidium ante vel in facto ipso, & † ita puto etiam intelligendam esse distinctionem Bertazol. consil. 327. in addit. lit. B. vol. 2. Concludo igitur illos absentes fuisse homicidas stante qualitate facti, & merito in contumaciam posse damnari pena ordinaria, alios vero presentes carceratos pena extraordinaria graui puniendos fore, puta triremij triennalis, aut quinquennij propter delicti

atrocitatem, & qualitatem consecutuam, vt quia ex proposito, & ad uiam publicam aggressi sunt offensos, quos percusserunt, & uulnerarunt ictibus more bastonandi, in tortura enim sustinuerunt, animum tantum bastonandi habuisse, & ita iuxta animum facta executo fuisse; & si uera fuisse contraria opinio, non erat opus tortura, quia sat erat confessio eorum, nisi pro sanandis eorum dictis contra alios socios criminis; ut seruatur in pract. de test. par. 4. num. 69. lit. Y. fol. 197. & cum de insultatis, & aggressis paulo ante dixerim, nolo omittere quod aggressi non tenentur expectare, ut aggrediens incipiat admenare, sed de facto potest se defendere, quando aggredies habet aliquid in manibus aptum ad offendendum: ita debent intelligi iura, de quibus per Gramm. decisio. 5. Ber. tazol. consil. 43 3. & 434. Angel. de malef. in ver. dictus Titius, nu. 26. & 27. Tob. Non. consil. 109. Cauale. decisio. 19. par. 5. ubi late. Iacob. de Beluis. in pract. in uerb. cum gladio, tit. 2. At per contrarium ille qui solus aliquem uulnerat armis non pensate, nec animo deliberato, non dicitur facere uim publicam, Salycket. in l. si criminis, C. ad le. Iul. de ui public. ubi Barto. & Tessaur. decisio. 35. num. 6. & 7.

Et quoniam supra de assistente delicto tetigi in 3. par. sub num. 107. ad declarationem dico, quod in dubio quis presumitur casu, & non data opera interuenisse, nisi aliter ex coniecturis constet. Cępol. consil. 60. col. 3. Crau. consil. 151. num. 18. & ut in exemplo, si assistit qui non erat solitus antea ire cum eo, qui delinquit, armatus, & potuit prohibere, & non fecit, uel si assistens sub praetextu segregandi, aut diuidendi tenuerit offensum, uel aliter illum timidiorem facto, aut uerbis reddidit, uel post delictum, & assistentiam offensorem associavit, de ijs omnibus Fel. in cap. sicut dignum, num. 5. de homicid. Mascar. de probat. conclusio. 159. & 1189. Iac. Nouel. pract. crim. in uerb. solet, num. 98. & sequen. Natt. consil. 468. nu. 3. uol. 2. quia paria sunt delinquere, uel delinquenti non resistere, l. 1. §. tantundem, de admin. tur. & assistens liberatur a pena assistentiæ, si æque principaliter fuit provocatus, uel constito quod in rixa neutralis extitit: uel si nec uerbo nec facto, mediate, uel im immediate particeps rixa fuit, ad quæ uide Bur. fat. consil. 216. num. 55. cum sequen. uol. 2. & Doctores in d.l. si quis opem, ff. de fur. multa cumulat Baiar. ad Clar. quest. 90. num. 12. cum mult. sequen. & associatio post delictum facit in dubio in dicium contra associantem, nisi aliter purgetur in nocentia, Rimin. consil. 136. num. 8. & sequen. inter consil. crim. diuerso. Bald. & Roman. in l. 1. §. sed in eo. ff. ad Syllan. Mascar. de probat. conclusio. 1144. vol. 2. Bertazol. consil. 143. Vulpel. consil. 99. Bertazol. consil. 106. num. 12. vol. 2. & siue fiat tempore delicti, & in loco, siue post, & in pertinentijs loci delicti, l. 1. C. de rapt. virg. Albe. Bru. super statu. in ver. domus, ver. 2. in fin. Cępol. in l. si furtivus, C. de ser. fug. Anguisol. consil. 22. in fi. vbi an ignorantia excusat, Plac. epit. delict. 16. vbi an affocians fiat irregularis. Si vir bonum alium incaute duceret ad locum in quo ab inimicis expectaretur, tanquam ouis ad occasionem, non incurrit penam. Grat. consil. 52. vol. 2. Iacob. Nouell. pract. num. 67. 68. cum sequen. nec ille teneatur qui pecuniam mutuavit, cum qua amicus emit arma cum quibus deliquit, Mars. in l. sciente, nu. 2. de sicar.

187. † Nunc qua pena mandatarius iste sit puniens,

dus, queritur? & certe si de mandato constat, & sit confessus, vel conuictus, tunc poena arbitratia condemnari debet, non pro mandato ad bastonandum, sed aliqua grauiori poena pro excessu mandati, non autem pro homicidio, & est haec communis opinio, de qua testantur Ant. de Ros-sel.consil.95.Cæpol.consil.34.num.29.Alex.consil.140.videtur.vol.2.Aug.ad Ang.tract.malef.in verb.appensatè Dec.consil.482.pro resolutione, atenta leui qualitate iniuria, ut per Brun. a Sol. prædictos, & alios allegans pro contraria parte d. quæst.34.num.44.45.46.& 47.secus si iniuria fuit capitalis, † quia ex facto animus verificatur, & non verbis,l.de pupillo, §.meminisse, de oper. nou.nunciat.l.si in ciuile,C.de fur. iuxta illud:exitus acta probat, item secus si mandatum fuisse datum ad vulnerandum, quia vulnera ad mensuram non dantur, ut dicit Bald.in l.vt vim, ff.de iustit. & iur. idem si dictum esset ut sclopo vulneraret vno vulnere, videlicet dicendo, Dagli vn'ar-chibuggiata; quia ictus sclopi fert secum lethale vulnus; & ita existimo procedere Hip.consil.10. & Cæpol.consil.34. & alios quos in contrarium adducit Brun.d.nu.44.vide omnino D.Menoch. de arb.cas.352.353.& seq.

189. † Ipse vero tutius agendo semper fui huius sententiae, quod quotiescumque res clara non est tanquam lux meridiana, iuxta l.sciant cuncti, C. de probat. non sit locus pœnae ordinariae, ex quo per præsumptiones, & conjecturas sententiare debemus in mitiorem partem; Dyn.d.reg.in obscuris cum alijs concordat reg.iur.in 6.Clar.quæstio. 20.& ibi DD. quos adducit, ver.scias tamen, vide Joseph.Ludou.conclusio.45.plura scripsit Meno. de præsumpt.lib.1.quæstio.80.lib.6.præsumptio. 24.num.46.lib.2.præsumptio.90.num.7. & alibi in multis locis, pulchre Tiraquell.de pœn. tempor. per. caus.7. & caus.penultim. † & tunc res clara est, si quis vere est legitime conuictus; vel si est sponte confessus, & confessio est etiam iustificata alijs indicij, ut ibidem num.19. Ceterum extra hos terminos non potest res quidem clara dici, nisi ipse viderit, & ideo non est idem iudicium habendum de rebus non bene claris, ad res sufficienter claras,l.inter stipulantem,§.sacram. ff.de stip. l.fin.ff.de rit.nup.alioquin frustratoria esset dispositio, l.sciant cuncti, C. de probat. & frustratoria regula ab omnibus approbata, quod in criminalibus probationes luce meridiana clariores esse debent, Clar.quæstio.66.ver.debent autem, Arleta. de hæret.num.26.vol.1.Paul.Ghirlan.de hæret. 191 in 5.par. quæst. nume.18. † quamuis signa, & præsumptiones adeo vrgeant, ut quandoque sufficiere videantur, ut inquit D.Menoch.de arb. cas. 279.in princip. Per negationem namque res dubia redditur.Iacob.de Beluis.practic.titu. de leno. num.47.& quidem sufficiunt in delictis de more occultis, ar.glos.in l.capite quinto, de adult.pulcre Clar.d.quæst.20. vers. scias tamen, ibi alijs vero, sed in alijs delictis regula prædicta infallenter procedit. Est verum quod aliqua mitiori pœna extraordinaria locum habere potest, quæ iuxta qualitatem facti congrua congrue referendo modo major, modo minor adhibetur, utputa pœna homicidiij est mors, potest extraordinarie adhiberi eius loco pœna triremij perpetui, vel ad tempus, & si pœna extraordinaria est triremij, posset extraordinarie puniri pœna fustigationis, iustum funis, vel huiusmodi, Clar.d.quæstio.20.vers.scias tamen, vbi ita Senatum Mediolanensem seruasse testatur O-

saco.decisio. Pedemontan.72.item loco pœnae corporalis ordinariae poterit adhiberi pœna extraordinaria pecuniaria, vel exilio ad tempus, ut supra dixi, & in hoc proposito mandatarij scias, quod pecunia data assassinio pro homicidio committing applicatur ei, qui erat assassinandus, leg.generaliter, §.illud, ff.de calumn. Ludou.singul.in ver.pecun.

192. † Insuper tractandum esset an quis de consilio teneatur? de quo est text. in l.consilij non fraudulenti nulla obligatio est, ceterum si dolus, & caliditas intercesserit de dolo actio competit, vbi Dec.de reg.iur. & hanc questionem tractat Clar. quæstio.88. & in ciuilibus, aut arguitur assessor, aut aduocatus. Primo casu tenetur si contra communem opinionem, & de eius immatura ceruice iudicavit, Put.de synd.in ver.assessor. & in ver. iudex male iudicans, & infra dicam in 5.par. Caualcan.decisio.28.in 2.part. secundo casu non tenentur aduocati habentes pro se opinionem Doctoris alicuius existimationis, Cur.iun.in l.si quis in conscribendo, nume.47. C.de paet. & Corne. consil.181.lit.m.par.3.facit text.in cap. nullus ex consilio, vbi Dyn.de regul.iur.in 6.Modo in alijs Doctores in d.l.consilij,distinguunt loquendo generaliter in delictis an quis de consilio teneatur, & dicunt, aut agens sine consilio facturus non erat, & tunc quis de consilio tenetur, Clar.d.quæstio.88.per tot. & pari pœna punitur in atrocioribus delictis, cap. filius, de pœn. quod verum est quando consulens erat inimicus damnum passi, idem si consulens esset solitus talia consilia dare, ob spem,aut præmium. Sed D.Menoch.de arbit. cas.351.nu.24.contra Dec. magistraliter loquendis dicit, quod † sex requiruntur ad hoc, ut quis de consilio teneatur: primo, ut consilium sonet in delictum punibile, secundo, ut sit in se malum; tertio, ut præcedat delictum; quarto, ut consultor non reuocauerit consilium; quinto, ut delictum sit secutum; sexto, ut delinquens sit condemnatus pro delicto, intellige hoc ultimum quando seruatis seruatis seruandis, ut in 5.par. glos.in ver. seruatis seruandis. Dec.consil.8.num.9. † At si antequam perpetraretur delictum consulens consilium suum reuocauerit, & dissuaserit, ne id nullo modo fiat, & notificauerit ei, contra quem consilium dirigeatur, non nominando personam, ut scandalum eui tentur, ipse evitat pœnam, Bal.in l.mandatum,in fin.ver. sed hic incidenter, C.manda. quem refert & sequitur Baiard.ad Clar.d.quæstio.88. num.4. vbi dicit secus esse in mandante per Boe. decisio. 262.num.11.& 12.ad hæc vide quæ supra dixi in 3.par.nu.200.Bertaz.consil.304.vol.2. sed Theologi dicunt non sufficere dissuadere, sed oportere persuadere ne fiat, alioquin incurritur irregularitas, si factum sit secutum.

195. † Item nunquid cogitatio sola sit punibilis, ponit idem Clar. quæstio.91. & dicit, quod non, & verum dicit in foro fori, l.cognitionis, ff.de pœn. & nisi deuentum fuerit ad aliquem actum exteriorem, non erit locus pœnae, ut tenet glos. in l.quisquis, C.ad leg. Iul. Maiest. ut pulchre Afficit. in constitutione alpetitatem, nume.2.fol.48. Sed antequam sit deuentum ad actum proximum (si pœnitiat) non punitur, Menoch.de arb.cas.170. num.9.Capr.commun.conclusio.reg.66.Mafcar. 196 de probat.conclusio.309. & † hinc subinferritur, quod solus tractatus de furando, aut occidendo non est punibilis, si ad aliquem actum saltem remotum non fuerit deuentum, & pœnituit. Et conatus

natus siue cogitatio stans in puris terminis non
punitur, nisi in atrocissimis de generali consuetu-
dine, Caball. Milleloq. 616. vbi ait, quod iura pu-
nientia conatum non habent locum, nisi in deli-
ctis atrocissimis, quando ad aliquem actum pro-
cesserit, & allegat text. quem aureum esse dicit. in
l. s. p. e. in fin. de verb. signific. & Boer. decisi. 316.
idem teneo etiam si non fuerit deuentum ad ali-
quem actum proximum, sed tantum patefecit a-
mico suum desiderium delinquendi atrocissime,
& diu occasionem, & tempus dixerit expectasse,
sed adhuc nata non fuerit commoditas ad delin-
quendum. Et Clericus, vel alius qui tentat occi-
dere, an sit irregularis si non occidat, Couarru. va-
riar. resolut. titu. de homicid. num. 5. par. 2. videtur
tenere, quod non, vbi ampliat in laico, qui in insi-
dijs cum telo steterit, secus in mandato, tam tacito,
quam expresso dato ad occidendum, si effectus
secutus sit. vt in §. 2. & 3. quibus in locis tractat etiam
de consilio, & de auxilio dato ad occiden-
dum, vt d. §. 2. cap. 3. & irregularis sit quando bel-
lum est iniustum, & quando quis obijt manifesta
culpa chirurgi. §. 4. Spec. de di. pens. §. 4. p. 1. solum
modo quis pœnam incurrit de armis prohibitis,
si interuererunt, vel de vniione, & alijs præpara-
torijs, quæ per se sint punibilia, Mars. in l. qui fal-
sam, num. 26. ad leg. Corn. de fals. Socin. consil. 97.
in fin. At si ista media, per quæ ad malum effec-
tum esset deueniendum, non sunt per se punibili-
a, & sic tanquam de actibus indifferentibus, qui
simpliciter per se non sonant in nomen delicti,
tunc non punitur tale præparatorium, Mars. in
rub. de fideiussor. num. 47. Grammat. decisio. 18.
num. 5. Farinac. questio. 2. num. 29. vol. 1. at isti
actus indifferentes iuxta subiectam materiam sunt
boni, aut mali; ideo si ad actum malum tendunt,
& admixti sint actui malo, faciunt quem extraor-
dinarie puniti, Felyn. tract. de conatu. & Gram-
mat. vot. 8. num. 17. vot. 19. nume. 3. Barto. in l. 1.
de sicut. late D. Menoch. cal. 360. quod procedit in
grauioribus delictis, non autem in leuibus. Ri-
min. iun. consil. 695. num. 10. vo. 6. & in solito ta-
lia facere etiam pœna ordinaria locum habebit,
Grammat. vot. 9. num. 22. Item si ad actum pro-
ximum fuerit deuentum, præcipue in atrocibus
delictis, DD. in l. si quis non dicam, vbi glof. C. de
Sacrosanct. eccles. Clar. quest. 92. vers. scias etiam,
Corn. consil. 202. vo. 1. Decia. tract. crim. lib. 9. c.
3. tom. 2. Menoch. d. cal. 360. Joseph. Ludou. deci-
sio. Perus. 50. num. 3. Bertazol. consil. 113. num. 7.
197 † Sed vt dicatur deuentum fuisse ad actum pro-
ximum multa requiruntur, quæ tradit D. Bursat.
iunior in suo eleganti manuscripto, in causa cu-
iudicis D. Comitis, vere filius, & haeres dignissi-
mus reum & virtutum D. Bursati sui patris, cu-
itus tanti viri consilia testantur laudes penes om-
nes. Primo ergo requiritur, vt tractatus sit ordina-
tus ad delictum, Mars. in l. qui falsam, num. 8. ad
leg. Corn. de fals. Gail. obseru. titu. de pac. pub. lib.
1. cap. 14. nu. 6. Secundo vt sit de præsenti, Gram-
mat. decisio. 2. num. 21. Boer. de seditionis. num. 41.
Tertio vt per se sit damabilis, Bald. in l. non ideo
minus, num. 14. C. de accusat. Quarto vt sit ad deli-
ctum immediatus, Bonat. a Fin. in synt. lib. 9. tit.
30. num. 60. Quinto vt ex latere affectantis nihil
superfit agendum, idem Menoch. de arb. cal. 360.
num. 20. & 26. Petr. Sonc. consil. 98. nu. secundo.
At ista requisita in imponenda pœna ordinaria
requiruntur, secus in extraordinaria, secundum ea
quæ supra dixi.

Nunc præsupposita auctoritate Regia in iudi-
ce nostro ram in condemnando, quam in proce-
198 dendo; † quæro nunquid iudex noster possit
compositionem delictorum & pœnarum facere?
& omissa disputatione de transactionibus, quæ
fieri solent inter partes respectu eorum interesse;
hic duntaxat de transactionibus, & compositioni-
bus, quæ fiunt pro interesse Cameræ tractare
principaliter duxi, & quid in practica seruandum
sit, de qua re tractat Fab. a Monteleo. in d. pract.
arb. par. 6. Rubr. an habentes facultatem compon-
nendi, illam orbare valeant, & ibidem ponit re-
gulam negatiuam cum sedecim fallentijs, & de-
mum super d. §. par. summatum ponit a fol. 403.
vsque ad 453. Ipse quoque eandem regulam nega-
tiuam teneo, quod omni iure transactio super cri-
mine pendente processu sit prohibita, vt in li. Nu-
mer. cap. 35. ibi, non accipietis pecuniam ab eo,
qui reus sanguinis est, & de iure ciuili est text. in
l. prohibere, §. plene, ff. quod vi aut clam, l. ita vul-
neratus, ad leg. Aquil. l. congruit, ff. de offic. Præ-
sid. l. si vñus, §. pacta, ff. de pact. Put. de syndic. in
ver. compositio, cap. 1. Fab. a Monteleo. d. pract.
par. 5. princ. in 3. par. num. 1. questio. 2. nume. 11.
& per DD. ques. alleg. Farinac. tit. de inquisitio.
questio. 4. Paul. Ghirl. de relaxat. carcer. titu. de
compositione, questio. 1. 2. 3. & 4. Res est mali
exempli, nedum non componitur pœna, sed ma-
ior pœna imponitur, l. omne, §. in acie, ff. de re mi-
lit. & ea quæ exempli mali sunt nequaquam tole-
randa, l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pen.
& contra bonos mores est impedita iustitia
propter temeritorum audaciam, l. operis, C. de
pœn. cap. quando, de transact. & indigno indul-
gendo cæteri prouocant ad prolapsionis conta-
gium; quoniam facilitas venia: incentiuum tri-
buit delinquenti, Crauet. consil. 438. queritur si
ius fuit, num. 5. Paul. Ghirl. de composit. quest. 2.
num. 4. & alias rationes adducit Farina, d. q. sub
num. 1. & 2. Put. in d. ver. compositio. vbi late per
multa capitula.
199 † Nihilominus ex causa quotidie fieri solent
huiusmodi compositiones, ad effectum eximendi
a vexatione carcerum, torturæ, pœnæ, & expensa-
rum, & pro eximendo suo sanguine, l. ab accusato-
re, & in l. defensore, cum l. sequen. ff. ad Senatuscon-
sult. Turpill. text. glof. & Doct. in cap. fin. de tran-
act. in l. transfigere, C. eo. Decia. de deli. tom. 1.
lib. 4. tit. pactum, nume. 20. & Princeps, vel supre-
mus iudex possunt partes cogere ad concordiam
ante sententiam, Bald. in d. l. transfigere, C. de tran-
act. Put. de syndic. in ver. concordia, cap. 1. infor-
matores vero possunt exhortare, non autem cogere,
200 † intelligendo de concordia, ad quam Princeps,
& Iudex supremus possunt cogere partes, Lancel-
lot. tractat. de duell. & pac. conclusio. 101. & 102.
Iac. a Sancto Georg. de Feud. in ver. sed an Princeps,
201 ceps. vers. trigesima tercia specialitas. † At com-
positio nequaquam fieri potest nisi a Princeps,
vel supremo domino, & hoc dummodo nil iuri
diuino deroget, l. Princeps, de leg. DD. in cap. 1.
de transact. pulchre Crau. consil. 438. num. 9. vbi
a domino inferiori ait compositionem minime
fieri posse, nisi quando pœna est pecunaria tan-
tum, & cedat eius Cameræ, Afflict. decisio. 287. v-
bi de compositione facta per magnam Vicariam;
& quod compositio criminis fieri possit a iudice
seruatis seruandis, dicit Asin. in pract. §. 7. cap. 5.
num. 5. & Put. in tract. syndic. in verb. pœna, c. 3.
& scias quod non licet dare pecuniam offendio,
nec

- nec recipere, ne ad accusandum accedat, & si de-
etur compositio est nulla & curia non impeditur
procedere, & dans & recipiens infamiam incur-
runt, Paul. Ghirl. de relaxat. car. in rubric. de pœn.
composit. num. 10. vide infra num. 211. in fin. sed
parum hodie de infamia ista curatur dummodo
amicis succurratur. Quinimo nec licet Domino
mandare subdito ne offendorem accuset neve de-
linquentem molestet, et si alit. dos facto fuerit ser-
uatū, secundum Alex. in conf. 11. sub nu. 5. vol. 1.
& qui subditos impediunt configere ad Princi-
pem, quasi crim. les. macul. incurront in 3. c. Luc.
de pen. in l. unica. C. vt nemo suscep. ad suum pa-
tron. Rust. recip. col. 10. lib. 11. Carer. prac. in d. 1.
obseruare. num. 104. car. mihi 22. nec possunt Iu-
dices seculares impedire clericos ne eant ad suum
forum. c. quoniam, de immunit. eccles. est Bulla in
cena Domini, art. 13. Caball. Milleloq. 734. part.
2. & Index impediens appellari a pena capitali si
appellari licet, incurrit penam capitalem. Anca.
clem. 1. de excus. prelat. Bar. in leg. quoniam Iu-
dices, C. de appellat.
- 202 † Verum ad hoc vt compositio sit laudabilis
& iuridica multa consideranda sunt secundum
Put. in d. ver. compositio, cap. 2. primo compo-
sitio fieri nequit, nisi vt dixi à Principe, vel à supre-
mo Magistratu, qui vel de expressa Principis licē-
tia, vel iuxta consuetudinem compositiones face-
re potest, vocato fisco; Sed ab alijs iudicibus ordi-
nariis minimē, Put. d. ver. compositio, ca. 1. Paul.
Ghirl. d. tit. de relaxat. carcer. q. 3. nu. 4. & 5. Fab.
à Monteleo. in sua pract. ar. 5. par. princ. 2. partic.
q. 3. num. 1. q. 2. num. 14. Fatinac. alios adduc. d.
q. 5. Cassa. in consuetu. Burg. fol. 242. nu. 12. cum
seq. & in compositione debent exprimi rationes,
de quibus supra num. 199. aduertendo ne dicatur
fieri propter timorem pœnae, quoniam hoc esset
incurrere infamiam facti, & delictum fateri, vt
admonet Paul. Ghirl. d. titul. de relaxat. carcer. q.
1. & 4. num. 3.
- 203 † Secundo compositiones fieri debent ante
sententiam, & lite pendente, vide infra nu. 314. a-
lioquin lata sententia, vel re clara per testes, vel per
confessionem legitimam in actis redacta non li-
cebit componere, c. 1. de transact. & in l. transige-
re. C. de transact. Decia. de delict. lib. 3. c. 34. tom.
1. vnde dicitur, transfigimus de re dubia, pacisci-
mur de re certa, vt in l. 1. ff. de transact. Peregr. de
iur. fisc. li. 4. tit. 8. nu. 14. & 15. 16. & 17. cum plur.
seq. Dd. in l. Index postquam, de re iud. & si pœna
ipso iure sit imposita à statuto non potest transigi.
At etiam sententia lata compositio fieri potest cū
præsenti paupere, ne marcescat in carcerebus, siue
in remissione alicuius partis pœnae, siue in conce-
ssione longitudinis temporis, in quo verisimiliter
poterit soluere pœnam, vt sit quotidie in causis ci-
uilibus. Item potest fieri cum absente in cōtumacia
damnato, qui mediante compositione vult
rebanniri, item cum præsente condemnato in pœ-
nam corporalem, qui si permittetur pœna offert
soluere in pecuniariam, Menoch. de arb. cas. 82.
num. 5. dummodo in graue Reip. detrimentum
non tendat, Gomes. de delict. c. 15. num. 38. vbi al-
legat S. Tho. 2. 2. q. 67. art. 4. Item quando senten-
tia lata appellatio penderit, Franc. decisi. 370. vol. 2.
Plac. epit. delict. lib. 1. c. 39. num. 27. & 28. Peregr.
de iur. fisc. li. 4. titu. 8. nu. 17. 18. 19. & 20. cum seq.
- 204 † Tertio compositio debet fieri cum illis reis,
qui non sunt soliti delinquere, & sunt personæ ho-
nestæ, quarum verisimiliter speranda est corre-
- ctio, l. 3. in fin. C. de Episc. & Cler. Paul. Ghirl. d.
q. 2. num. 1. q. 3. num. 4. secus autem cum scelera-
tis hominibus, facinorosis, seditionis, assassinis,
proditoribus, latronibus & alijs personis, verbo et
opere scandalosis, & male famæ, & fit compositio
quando delictum est secutum casualiter, & non
spontaneè, vel in pura rixa, Fatin. d. q. 5. num. 10.
qui tamen in solito delinquere titubat, ubi verum
in hac re, sed verior opinio est in contrarium, de
qua Baiar. ad Clar. q. 59. num. 55.
- 205 † Quarto compositio nullo modo fit nisi par-
te offendia prius concordata, l. 2. C. de prec. imper.
offer. Rui. conf. 60. vol. 5. Baldin. l. vnica. C. de in-
ius voc. Maran. de ord. iud. 6. par. vers. inquisitio.
num. 56. quinimò Princeps peccaret ob præjudi-
cium tertij, non concordata prius parte offensa, vt
dicit Gram. conf. 34. in priu. & vot. 35. num. 9. Sa-
lyc. in l. si pro iure, ff. de condic. fur. Paul. Ghirl.
vbi supra q. 3. num. 4. quamvis compositio, quoad
pœnam fisco applicandam tenet, quæ ab initio
fieri non debebat, leg. patre furioso, vbi Iason. ff.
de ijs qui sunt sui vel alie. iur. Cano. in cap. fin.
de transact. Paul. Ghirl. quæstion. 5. in princip.
- 206 † Sed propter imminens scandalis periculu omni-
nino caendum est ne fiat, neve pars offensa ira-
noquissime accensa, nondum pacato animo, durâ-
te primo calore iracundia, sanguine adhuc bul-
liente, & de recenti sparsa clamante vindictam,
vindicare se in contemptum iustitiae tentet, quo-
niam hoc casu offensi non solent continere leip-
sos, quando offendenti indulgeri vident, Fatinac.
q. 5. num. 13. Couar. var. resol. lib. 2. c. 10. num. 4.
- 207 † Est verum, quod pars offensa reclamando pro
suo interesse audiri debet, non obstante tali compo-
sitio, & reus debet condemnari, Salyc. d. l. si
pro iure, ff. de condic. fur. Porro ad cuitanda scan-
dala prius debet constare de remissione partis, an
tequam compositio effectum sortiatur, glos. in c.
qui scandalizauerit, de reg. iur. Fab. à Monteleo.
d. pract. arb. par. 5. num. 13. fol. 370. & ideo si Prin-
cipi videtur ob bonum publicu compositio sa-
ciendam esse, quoad pœnam tantum fisco appli-
candam, debet rescribere sine præjudicio partis of-
fensi, d. l. fin. C. de senten. passi. l. rescripta, in fin. v.
bi. Dd. C. de prec. imper. offer. Bart. Bald. Ias. & alij
in l. venia, C. de in ius voc. Boer. q. 65. Boss. in tit.
de remed. ex sol. clem. Princ. nume. 23. 24. & 42.
Plot. conf. 78. num. 32. Couar. var. resol. lib. 1. cap.
20. num. 8. & alij, quos in hac materia submini-
stravit Baiar. ad Clar. d. q. 59. num. 52. & 53. Item
sequitur compositio, adhuc non concordata parte
208 offensi, si nemo est, qui † accusauit, vt si delictū
fuit commissum in personam incognitam, Cara-
uit. super rit. 278. num. 28. Item si casualiter deli-
ctum est secutum, & pars offensa requisita prius
fuit, si obstinate recusauit, non obstante satisfactio-
nis oblatione, l. 2. §. item Vatus, ff. de aq. plu. arcen.
Item si pars offensi damni causam, seu offensi de
disset, c. damnum, de reg. iur. in 6. l. qui occidit, §.
fin. ad leg. Aquil.
- 209 † At qualiter & quando satisfactio sit reddenda
trad. Put. in d. ver. compositio, c. 7. & 8. vbi cir-
ca interesse pecuniarium dicit habendam esse ra-
tionem de domino emergente, & lucro cessante, vt
si quis vulneratis nequiuuerit suam artem exerce-
re. Clar. in §. iniuria, vers. sed nunquid, vbi Baiar.
num. 45. alleg. Couar. var. resol. cap. 10. nume. 7.
- 210 † qui tenet, quod actori cum iuramento standū
fit circa taxationem damnorum, & expensarum,
præcedente taxatione iudicis, vbi num. 46. dicit e-
tiam

tiat procedere si iurans diceret potius velle amittere centum, quam talem iniuriam pati, si non habet valorem in bonis centum, per Affl. & super cōstitu. varietates pœnarum, quæ respectu honoris militare potest attenta qualitate personæ, Menoch. de arb. cas. 263. At sunt qui diuites sunt & auari, & magis diligunt nummum, quam de mille in iurijs verbum facere, idèo si iurant in detrimentū animæ, peccant; & respectu iniuræ honoris est prius petenda uenia offensio, & iuxta qualitatē iniuræ fama debet restituī; nam si iniuria est verbalis, potest contrarijs verbis aliquando reuocari tēpestiue in eodem loco, & coram iisdem personis (si fieri potest,) Plot. in l. si quando, nu. 728. & seq. idem inter cons. crimi. diuerso. to. 1. cons. 131. nu. 18. Add. ad Bettazol. cons. 307. vol. 2. & Put. in d. ver. compōsitiō, cap. 7. 8. & 9. vbi quando iniuria est actualis, utputa alapa, vel baculo illata, arundine, vel aliter, si à vili in nobilem fiat, inquit, pro satisfactione offendens debet ite coram offenso cū laqueo ad collum, & petere genuflexus veniam coram publico, item quando fit iniuria Magistratui, per d. iura, in d. multo magis cum sit offensa persona publica. At iudices ordinarij non possunt talia iubere, quia restitutio famæ & honoris est de referatis Principi non recognoscētis superiorē, Affl. in tit. quæ sint regal. in prin. num. 4. Castr. in l. licitatio. ff. de pub. & vēctig. Cephal. cons. 58. nu. 67. vol. 1. & ideo iudex noster habens vices Principis posset rectare iniuriantem ad restituendam famam, & honorem, vt in s. p. num. 30. & in Hispania seruatur teste Couarru. var. resol. titul. 1. cap. 1. num. 2. Plac. epit. delict. tit. 1. cap. 1. numer. 2. & Peguer. decis. crimi. 13. num. 18. quam appellant esse palinodiā canere, & hæretici abiurant publice, & ipse semel vidi hanc famam restitui, quamuis ad iudices spirituales hoc onus videatur spectare, & ad Reuer. Confessores, Lud. Carb. de restitu. omn. ter. quæstio. 16. 17. & 18. Item in satisfactione & remissione debet etiam ratio haberi an offendens fuerit prouocatus, & sit capax prouocationis, nam infames non sunt capaces iniuræ, supra in 2. pat. num. 27. nihilominus male faciunt A quoad se, qui male agunt, & tenetur ad emendam damni, quamvis astimatio non fiat iniuria, vt notat Abbas in c. 2. num. 1. de iniur. & damn. dat. & in c. 1. num. 3. 4. & 5. de maledic. Ludo. Carbo. de restitut. omn. ret. q. 87. & in foro conscientiae quis non tenetur damnum remittere, 23. q. 4. c. 5. 1. & si detur damnum passo ultra id quod taxatum est, dans incurrit infamiam iuris, & accipiens infamiam facti, nisi iussu iudicis id fiat, Lucas de Penna in l. 1. col. 10. C. publ. lat. Vulpell. de pac. q. 28. B Add. ad Clar. q. 58. & infra nu. 303. & qualiter sint taxanda illata ob debititationem aut mutilationē membra recurre ad §. item is ex cuius cœnaculo, vbi Dd. legisti, Instit. de oblig. quæ exquas. malef. & per Gand. eod. tit. num. 21. Habeturque consideratio damni emergentis, & lucri cessantis, Cummia. de syndic. c. 74. num. 71. Menoch. de arb. cas. 154. nu. 4. & 5. ubi loquitur in officiali iuste recusato aut impedito, Pedamon. decis. 45. num. 11. vbi in aduocato, & vide in s. p. glo. damna & interess. Item ratio habebitur an iniuria alios de parentela afficiat, quoniam omnibus interessatis est satisfactio danda, l. lex Cornelias, in princ. ff. de iniur. & an includantur illi de agnatione usque ad quartum gradum, relinquunt arbitrio, Menoch. de arb. cas. 262. & uide Baiar. ad Clar. in §. iniuria, 212 num. 37. 38. & 39. † vbi iniuria facta colono, an

dicatur facta domino, vel si est facta vni de collegio, an censeatur facta toti collegio, alleg. Soc. in c. cum olim, de iniur. vide omnino Put. d. c. 8. nu. 8. 9. 10. dicit, quibus satisfactio si fienda, & quid mortuo offendit, quod fieri debet hæredibus, primo masculis, deinde fœminis. Mars. cons. 115. nu. 14. vi. T ...num. 418.

213. † Hic quæstionem vtilem & quotidianam subnecetere volo. Extat statutum seu decretum, quod pro qualibet sententia absolvitoria, vel condemnatoria, iudex possit habere certum quid pro salario. Quidam fuit querelatus, & pendente iudicio, obtinuit impunitatem à Principe, nunquid iudex possit habere salarium? hunc articulum post hæc typis edita vidi tractati per Bettazol. consil. crimi. 163. pertot. vol. 1. & breuiter ac resolutiue, vt fieri debet in actu practico, hic de more Rebus. in suis commentarijs distinguendum ait, aut salarium iudici debetur tanquam iudici ordinario, ex causis ordinario iure spectantibus, eo quod illud incertum emolumētum deseruit pro salario ordinario, & sic salarium est certum; sed quantitas incerta, quæ pendas à concursu causarum ordinariarum; aut habet aliud salarium certum & ordinarium, sed ex causa delegata potest etiam percipere salarium dictæ causæ, et hoc non percipitur nisi demum lata sententia; aut non est iudex ordinarius, sed mere delegatus, qui non habet aliud salarium nisi mediante progressu cause delegata; primo casu compōsitiō non nocet, quia nunquā per eam intelligitur sublatum ius tertij, præsertim ob labores, & mercedem iudicis, Dec. cons. 520. num. 2. cons. 602. num. 14. quinimò etiam si sententia non sit lata, sed nil aliud restet, nisi vt profertur, & non stat per iudicem, sed per Principem, salarium debetur, ar. 1. qui operas, ff. locat. & l. pen. ff. de mil. testa. l. qui penē, ff. de manumiss. & paria sunt sententiam esse latam, vel conclusum in causa poss. & proprie. l. si rem, §. fi. de euict. Ias. & alij in l. admonendi. ff. de iure iur. item Ias. in auth. si qua mulier, sub num. 23. vbi infert ad multa, C. de sacrosanc. Eccles. dicam in s. p. vbi proximè accindens habetur pro accindēto, & proximè absoluto. 214 uendus habetur pro absoluto. † Idem de aduocato, nam si partes transigant, nihilominus debetur salarium, no. glos. in c. statutum, §. assessorum, de rescript. in 6. Spec. tit. de salar. §. 3. vers. sed pone fallit in iudice quando Princeps expreſe remisit omnem pœnam salarium, ac intereste partis, quia hoc ex causa facere potest, Grammat. decis. 65. & Zaf. cons. 10. & ratio est, quia intelligitur datum officium, vel causa delegata, cum reseruatione gratias faciendi, indulgendi, vel componendi, quæ omnia sunt de reseruat. Principi, Bart. in l. imperium, de iurisd. om. iud. vbi Bal. num. 2. lec. Abb. in c. super quibusdam, de uerb. sign. & in generali concessione non comprehenduntur reseruata. Principi, tex. in c. primo, quæ sint regalia, Boll. in eod. tit. de regalijs, per tot. Put. de syndic. in ver. excedunt Barones, nu. 12. & 13. & de reseruat. Papæ vide glos. in c. quod translationem, de offic. legat. Si vero causa fuit delegata eidem iudici ordinario, quia hoc emolumētum extraordinarium prouenit a mera largitate Principis, † qui est causa illius beneficij, sic reuocare potest illud evā fine causa, Ang. in l. Antiochenium. ff. de priuilegiis. Dec. in l. nemo potest mutare, ff. de reg. iur. idem in cons. 191. colu. 1. & 2. Crauct. consil. 278. num. 7. in princ. vo. 2. vt dicunt Moderni Placentini. Nam multum differt casus iudicis à casu partis

tis, ideoque non bene infertur, l. Papinianus, §. ex*uli*, ff. de minor. Secundo casu principali, si salarium certum ordinariū est tenuē, & vsque ab initio iudex pactum fecisset pro suo certo salario causarum ordinariatum, ac etiam pro salario extraordinariatum (nam loquor de sportulis) tunc non potest in sui praeiudicium compositio fieri, 216 nec etiam de plenitudine potestatis, † quia contractus ab initio sunt voluntarij, & ex post facto necessarij, l. sicut, & l. fin. C. de act. & obl. facit lex qui merces, ff. locat. At si haberet salarium ab initio certum, & cōdignum dignitati officij, & quod per delegationem obueniret ex abundanti, tunc 217 dic ut supra num. 215. † & cogita quia agitur cū Principe, pro cuius ratione voluntas sufficit, §. sed quod Principi, Institut. de iur. nat. gen. & ciuil. si Princeps non se declareret, peti potest, quia ita est de iure: at vbi Princeps ita iubet, caueat iudex. Bajar. vero ad Clar. quæst. 59. nu. 6. 7. & 8. ait quod princeps non potest remittere pœnam ad praeiudicium eius cui de iure naturali vel gentium esset debita, Gram. cons. 34. Menoch. de arb. quæst. 96. & in vī tim. Centu. cas. 447. secus in alijs de iure positivo, attamen dicit quod princeps possit imponere sūlentium, per doc. in l. Gallus. §. quid si tantum, de lib. & posthu. Nam contra maiorem nemo præsumit honorem, vt not. glos. in l. 3. ff. de alie. iud. mut. caus. In tertio autem casu aut delegatus percipit passim sportulas, videlicet pro visione scripturarū, pro qualibet interlocutoria, pro examine testimoniū, & sic de simil. vt latè per Specul. in titul. de sportul. & hoc in casu cum pro modo laborum sit passim satisfactus, non potest conqueri de compositione si perdit salarium sententiā, Cast. in l. 1. ff. de offic. affesso. Dd. in l. diem functo, eo. & in leg. 218 qui operas, cum simil. ff. locat. † absurdum est enim dicere, quod per tales delegationes Princeps intellexerit ligare potestatem suam remittendi pœnam & salarium, si sibi libuerit, l. nam absurdum, ff. de leg. & per ea quæ mox dicta sunt, Alex. in l. libellorum, post Bart. §. fin. de accusat. Put. in d. ver. compotio, ca. 4. nu. 3. versi nam istis compositionibus, & bene facit Bertazo. cons. 163. ante 219 num. 7. lib. 1. † quia in delegatione solum continetur cognitio delicti & non quæ extra delictum veniunt. Dd. in rubr. de offic. iud. deleg. & in titl. de eo cui demandata est iuris. limita si expressè remissum etiam sit salarium, per supradicta, item limita si ante conclusionem causa cōpositio fiat, quia nulla habetur consideratio, an propter sententiam debeat salarium, † quia de eo quod non est, nulla oritur obligatio, §. ea quoque res, In stat. de legat. sed hæc limitatio est extra casum processus questionis. Declara tertio habere locum in delegato subdito, & habitante in loco delegationis, secus si esset exterius, vel habitaret in parte longinquæ, quia in equitando, & in expensis super hospitio valde præjudicaretur, si salarium 220 causa esset per compositionē ademptum, † quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferi, l. non debet, de reg. iur. cum simil. & in dubio iudex præsumitur cōductus ut causam finiat, & salarium exinde percipiat, ar. leg. cum hæres, §. Stichus, de stat. liber. & Bart. in l. 1. ff. de var. & ext. cognit. facit Ias. in l. diem functo, num. 9. ff. de offic. affesso. Nam qui tribunalia ascendunt & Reip. sequunt de publico ali, & congruis stipendijs, inuitandi, & non mutiladi sunt ad congruentiam, ne nimia tenuitas sit causa surriperiendi quæsum vi scribit Hiero. Petbo. in suo ouiliario. tit.

de princip. sunt quidem nonnulli qui consilium quod contra alios præbent pro se nollent, & ij caritate carent: vi in materia Salarij Spec. eod. tit. & Doc. in l. diem functo. ff. de offic. affesso. Affl. & super. 2. feu. tit. Qui dicitur Dux rubr. 36. nu. 24. Bal. in l. 1. §. Diuus. ff. de uar. & extr. cognit. & quod debeatur totum salarium, si per delegatum non stat, videtur velle tex. in l. legatus, §. 1. ff. de legatio. Ro. sing. 66. Guid. Pap. decit. 68. num. 6. vbi dicit officium non debere esse damnosum, l. sed & si quis, ff. quem testa. aper. Aut delegatus non sollet percipere quotidianas sportulas, sed solum ei debetur salarium lata sententia, & tunc per compositionem non potest de iure præjudicari, quando sententiam tulit, vel conclusum fuit in causa, seu erat in calculo ferendæ sententia, & per iudicem non stetit, d. l. si rem, §. fin. de euict. c. pastoralis, de caus. poss. & proprieta. poterit tamen tempore adhiberi; & prout discretus iudex videbit inclinare dominum suum, ita se gerat, D. Men. de arb. iud. cas. 223. circ. fin. & Luc. de Pen. in l. 1. de primipil. vbi multa in proposito salarij.

222 † Hinc editus est ordo Mantuæ die 11. Martij, 1599. super salarijs Iudicum, Aduocatorum, Fiscarium, & Procuratorum, Notariorum, & aliorum officialium, per quem dempta fuere & cæsæ vngues cupiditati mali tanti, in quo quid circa compositiones seruandum declaratur, & prouidentur circa gratias, ac alia quæ processum interimat, aut impeditum penitus, & quidem optima ratione factus est, licet prima facie visus fuerit sermo durus autibus aliquorum, tamen seruandus est, l. digna vox, ff. de leg. l. prospexit, ff. qui & à quib. & damnatum quod quis sua culpa sentit sibi imputandum,

223 c. damnum, de reg. in 6. † Et in hoc proposito est alter ordo Mantuæ multis annis ante editus circa salarium causarum delegatarum, quo cauetur ut delegati habeant salarium ijs modis, videlicet usque ad publicationem processus informatiui tertii partē, ab inde citra, vsque ad sententiā duas tertias partes, & post sententiā totum salarium. Sed pone casum, quod Capitaneus Iustitiæ inquisiuerit non nullos, quos & pariter constituit, & repeti tis testibus, nil aliud remansit complendum, nisi offerte copiam cum publicatione processus, quæ & obulit, deinde nata occasione, cum iusta & honorabili licentia discessit ab officio dignis de causis ante duos menses finis officij, queritur an rebus sic stantibus tertia pars salarij debeatur dicto.

224 Capitaneo, vel successori. † Et non est dubium, quod supradicta iura, & rationes in antecedenti quæstione & virtute dicti ordinis salarium debeatur Capitaneo, cum non steterit per eum publicationem processus fieri, & obtulit, & processus erat in statu publicationis, ad quæ faciunt trad. à Dd. in l. admonendi, vbi Caccialup. col. 3. fol. 88. Ias. nu. 53. de iure iur. Nat. cons. 462. vol. 2. Bertazol. cons. 163. per tot. vol. 1. vi. Corset. sing. 3 12. iur. verb. salarij. 11. & sing. 3 18. d. vers. 1 19. Dec. cons. 492.

225 nu. 5. † quia paria sunt aliquid iam esse, vel tunc esse posse effectualiter, l. pen. ff. de mil. test. & paria sunt aliquem iam esse condemnatum, vel ex processu apparere esse condemnandum, l. qui pœna, ff. de manumiss. & sup. num. 142. multa ad hæc similia ponit Ias. in auth. si qua mulier, num. 23. C. de sacrosanc. Eccles. & in proposito bene facit Affl. & super feud. mox alleg. titul. quæ sint regal. par. 3. quem sequitur Peregr. de iur. fisc. lib. 5. nu. 226 mer. 195. & lib. 6. num. 44. in fin. † Non obstat, quod verba in dubio sunt intelligenda de actu perfetto,

fecto, l. i. ff. quod quisque iur. l. i. §. qui in perpetuum, ff. si ager vctig. vel emphyt. peta. quoniam respectu facientis actus pro facto habetur, quando non stat per agentem, d. l. penult. ff. de milit. testa. Non obstat, quod nihil videtur impletum, cum aliquid restat impletum, arg. l. 2. ff. de manumissio. quia procedit quando id quod est impletum, est pars substantialis actus; & stat per eum, qui adimplere debet. Put. in ver. salarium, cap. 6. sub numero 9. in fin. Sed quando parata sunt omnia, nil aliud remanet nisi sedere ad mensam, & manducare labores aliorum, & expensis gaudere alienis. Non obstat excusatio affectata ad excludendum antecessorem, vt quia post eius discessum aliqui sumptuerunt informationes, quoniam aut primae sumptus non erant sufficietes ad condemnandum reum, aut secundae superabundantes, vel super alijs delictis. Primo casu vera est contradic²²⁷ arg. d. l. 2. ff. de manumissio. & † paria sunt non facere, vel minus legitimate facere, l. quoties, ff. qui satisfacta. cog. & paria sunt aliquid non facere, vel facere, sed non debito modo, l. i. §. penult. ff. quor. leg. & paria sunt actum non incipere, vel ceptum non perficere, l. i. §. illud, C. de codicili. §. penulti. Instit. quem. test. infir. Sic quando datur pars condemnationis, nam ante condemnationem non est acquisitum ius parti, nec fisco. l. si qua pena. ff. de verb. signif. l. ex iudiciorum. ff. de accus. cum alijs iuribus de quibus per Bertazol. d. consil. 169. num. 3. lib. 1. vbi dicit quod si tempore unius iudicis sit commissum maleficium, & tempore alterius iudicis sequatur sententia, tunc portio spectat ad secundum iudicem sententiantem. Put. de syndic. in cap. prouentus. Secundo casu non, per adducta pro parte D. Capitanei antecessoris, quoniam actus iam erat in esse positus, & probatum delictum & per eum non stetit, merito de iure ad expeditio²²⁸ nem processus informatiui venire; & † in conscientia salarium debetur, & videnda erant acta. quæstio enim facti est, ad quam non respondet iurisconsultus, l. eum quem, §. i. de iudic. & ad quid plus, ultra quætere, cum reus coram Capitaneo fassus sit, quidem frustatorum fuit, leg. amplior. rem, §. in refutatoriis, de appellation. & fiscus ex confessione rei dicitur habere intentionem fundatam, vt dixi in tertia parte, num. 18. 19. & 24. & non sine periculo destruendi illam per secundas informationes, vt sit si quis vult sapere plus, quam oportet, & se meliorem alijs videri, & multitudo testimoniis est refrenanda, vt in tract. de test. dixi par. 3. num. 145. & 194. & supra in 3. par. num. 37. Sed quicquid sit in casu praedicto, secus est circa quotam poena quæ datur iudici, quoniam ante sententiam iudex, nec fiscus ius regulariter non habent in poenis, l. aliud, de verb. signific. & l. quæ pena. eo. tit. in terminis Afflict. ritu. quæ sint regal. versic. pœnarum, sub num. 16. car. 146. quamuis videatur in hoc concludere, prout in salario, tamen multum differt salarii causa, a portione poenæ. idem quoad duos Dominos feud.

Hic (antequam vterius progrediar) opportune quæro, datur quedam portio officiali, qui inuenit aliquem fraudantem gabellam, vel portantem re contra decretum, Princeps facit gratiam, an intel ligatur in totum, vel pro parte tantum tangente si sco, & dico quod si rescriptum dicit simpliciter, habbi gratia, non intelligitur sublatâ portio dicta, inuenitori ad trad. per Bald. Alex. Ias. & alios in l. testamentum, C. de testam. nam in dubio gratia intelligitur sine præiudicio tertij, vt in cap. quam-

uis, de rescr. in 6. Holt. & Abb. in cap. causam que, il seconde, de test. est text. in leg. 2. §. si quis a Princepe, & §. merito, ff. ne quid in loc. publ. no. in l. ex facto. in princip. & ibi Bald. ff. de vulg. & pupill. Barto. in l. dotalem, ff. de testam. mil. Spec. titu. de salar. §. i. vers. quid si alicui scholari. Nam eti beneficia principum sint late interpretanda, id verum est contra ipsum concedentem, Bald. in l. 4. C. de emancip. liber. Barto. Ias. & alij in l. bene ficium, ff. de constitut. princip. Innocen. in d. cap. causam que, de rescr. in 6. Aut princeps rescribit habbia gratia libera, & tunc intelligitur quoque remissa pars que inuentori debeatur propter verbum libere, quod importat sine exceptione, vel alia contradictione, vt exponit Archid. in c. i. extra de sup plen. neglig. prælat. lib. 6. & in cap. si tibi, §. sed si e piscopus, extra de præben. & per Ioan. Andri. in c. cum plures, extra de offic. deleg. cap. & importat, quod non habetur ratio præscriptionis, ca. cum ex officij, extra de præser. hic diximus quod libero at bitio non præscribitur, nec in ijs quæ ex meta voluntate procedunt, Balb. de præscript. 4. p. 5. p. principalis, quæst. l. num. 5. & etiam sine dispensatione, vt in cap. vlt. Clem. tit. de æqualit. & quantita. At si adesset aliud rescriptum in favorem eorum, quibus portio datur, ut puta, per qualunque rescripto non intendiamo preiudicare alla parte dell' inuentori, tūc non intelligitur per hoc verbum libere adempta, quoque portio illis debita, quoniam unum rescriptum declarat aliud per leg. non dubium, vbi Doct. C. deleg. sicut dicitur quod unum statutum aliud declarat, & rescriptum secundum sine clausula non obstante non tollit rescriptum primum, Barto. in extraug. ad reprim. eo. ver. non obstante, & supra num. 75. Cano. in cap. cæterum, de rescr. & non solum debet facere mentionem de primo rescripto, vt illi sit detegatum, sed etiam de clausula in primo rescripto huic secundo rescripto contraria, vt cap. in literis, de dol. & contum. redendo modo.

Præterea si unus, vel plures de diuersis delictis sunt accusati, sufficit, quod de uno delicto reus sit conuictus, vel confessus, ad hoc, vt processus (quo²²⁹ ad illud delictum) dicatur informatus † inseparatis, & diuiduis, in quibus diuersum est iudicium, l. maritus, la prima, C. de donat. inter vit. & vxor. & una causa non impedit concessionem, quæ præuenit ab altera diuersa, Draz. regul. 70. & utile per inutile non vitiatur, Caball. Milleq. 162. & Mil leloq. 246. par. 1. & Franc. Marc. decisi. 9. 10. vbi an de delicto post ceptam causam criminali cognosci possit ortum habere a dicta causa, & Cl. in §. si. quæstio. 2. ait, quod etiam ex causa separata sit cumulatio, & solum impeditur sententia ciuilis donec cognitum sit super criminalitate, quem²³⁰ vide. † Sed quod magis est, publicatio processus offensiui non est necessaria nisi petatur, oblatione autem copiæ sic, cap. cum I. & A. de re iudic. Barto. & Alex. in l. prolatam, C. de sentent. & interloc. Clar. quæstio. 49. ver. 1. & 2. Rebuffi. in commentar. de publice. process. nu. 4. tom. 3. dic vt nu. 1. 133. p. 5. † Non obstat, quod D. Capitaneus ante finem officij discessit, Bar. in l. 1. ff. de var. & extraor. cogn. quia procedit si sui culpa remouetur, secus si cum iusta causa, & cum bona licentia gl. in l. 3. §. ad diem, ff. de re mil. tex. in l. hac lege, C. de prox. sacr. scri. Put. d. vtr. salarium, c. 6. num. 11. vel si agitur contra eum ciuiliter, & abijt relicto procuratore, vt infra dicetur, p. 5. vi. Bar. in l. 1. Di uis. ff. de var. & extraor. cog. + Quinto

232. † Quinto compositio regulariter fieri non debet nisi pro delictis penam sanguinis irrogantibus. non autem pro delictis enormibus, vel atrocissimis, de quibus in 1.p.nu.49. & 50. & 60. cū alijs mult. seq. & Put. in d.ver.compositio.cap.3. igitur in criminibus exceptuatis, ac etiam non exceptuatis, sed atrocissimis non licet transigere, vide Decia. late materiam hanc explicantem trac.cri.li.3. to.1.tit. pactum, & transactio, & inter alia crimina non possunt compositio fieri in delictis, in reg. Neapo. blasphemiae, sodomiae, & adulterij, Decia.nu.31 & et 233 habetur in l.transigere, C.de transa. † & veniam nec remissionem meretur quis propter delicti gravitatem, vel propter suę vitę sceleritatem, c. impotuna, § quod autem, de pén. Rip. tra. de pest. priuile. contra eam, nu.34. Caroc.d.loc tit. de dol. et culp. nu.14. Nec rationes forte in contrariū adducēt per Farin. d.q.5. sub nu.13. videntur tutæ, nec seruadæ in practica, per ea quę in prin. huius cōclusionis ad uerti, quoniam reuera esset res mali exempli, scanalosa, & contra bonos mores.

234. † De delictis vero personam Principis tangētibus, vt de cri. l.æſt Mæstatis humanę, & diuine, vt hæresis, & simonia, nullo modo sub quoquis pre textu, & per quamvis autoritatem magnam cōpositio fieri debet, forte de cri. l.æſt. Macl. Principe sic iubente, per l. quod nostrum, de reg. iul. l.1. ad l. Iul. Maie. In alijs vero delictis, videlicet raptus virginum, violentiū sepulchra, particidij, homicidij, veneficij, incēdij, latrociniij, afflāſlinij, proditionis, & similiū propter eorum immanitatę non licet componere, Dec.d.tit.pactum, & transactio, lib.3. to.1.c.34.nu.24. 34. & 41. Sed quia doque bonus dormitat Homerus, & dissimulare loco prudētia est, & aliquando plus torquet risus iudicis, quā vulnus iracundus, & causas criminales exercere, punire, & indulgere, irasci, & ridere, non est farina pro omnibus. Et tā lēm nota quod si sunt duo Domini quorum virū ex conuentione habeat regimen puta pro duobus annis, is non potest prenam remittētē bannitis, vel condemnatis ante dictam conuentiōnem, quia nemo dicit quod non habet vulnus, & fructus iurisdictionales, vt sunt cōdemnationes non sunt domini in spe, sed quando sunt maturi. et si pœna consistat in corporali multo minus, quia interim molestari posset antequam tempus aduenerit, Baiard.ad Cla.q.59.nu.8. vbi alleg. Rimin.iun.conſil.33.vo.1. ipse vero vltorius non querō, nec allego, ſum lassus.

Verum quando Principi meum effeſ proferre votū in hac re, nunquam conſulerem ante ſentiam delictorū compositiones facere ob inconuenientia, † de quib.in principio, quandoquidē veniam indigno concedere prouocat vniuersos ad ſimilia perpetrandā, quia facilitas veniæ incenſiuñ tribuit delinquendi, vt inquit Paul. Ghirl. d.q.1. nu.7. licet nu.8. dicat compositionē fieri debere lite pendente, & irrideor de cautela, Put.de synd. in verb. oblatio. melior cautela est probitas, & quicquid dicāt, nihilominus practica docet contrariū; iustitia enim non debet esse eluforia, ſed ſuū debet effectū fortiti in absoluendo, aut in condemnādo, prout iuris, ne delicta remaneant impunita, l. ita 236 vulneratus, ad l. Aq.l.congruit, de off. pref. † Nec debet occasio scandalis dari, Nam vñ homini illi, per quem scandalum venit, ait Christus Matt. 18. & pro euitandis scandalis, ab ijs est abſtinendum, quę alioquin licite fieri poſſunt, dicente Apost. 1. Cor.8. si eſca scandalizat fratrem meū, non mādu- eabo carnem in æternū: & non desunt murmura-

tores in populo, ſi audiūtur huiusmodi cōpositio- nes contra Superiorēs, & Magistratus; prēcauēdū ne fiat gratia ante tempus, parte prēſertim non cōcordata. Rei enim, qui ante ſententiā compositio- nem ſoluunt, immemores & ingrati nimis Principis clementiā, & indulgentiā afferunt, vociferāturque ſe coacte, ac indebitē ſoluiſſe, & ex eo quia iudex nullam cauſam inuenire potuit cōtra ipſos, ideo ſatagit ad compositionem deuenire, vt rē gra- tam faceret Principi; & hac naſti occaſione, ſi ali- quod eſculentū, & poculentū cītū, & permifſum, (quamvis minimum) iudex acceperit, magni ciunt murmuratores, & ingrati, & coram omnib. propa- lant tanquam extortum ſit, quod precibus, & coa- cete receperit, cauſa de qua in §.par. arguentes alios ministros Principis de auaritia, & fere vſq; in cœlū os ponere audent, temere obloquentes de Prin- cipe, boni etiam agre ferunt, ſi malis indulgeantur, & mali malo hoc modo expediantur, & hi ſunt fructus, ſunt laudes harū compositionū, qua de re 237. † concludo post ſententiā gratias fieri debere, & compositionum, quę tunc ſapit naturā gratiæ, & non extortiōnis, aut concuſſionis, & hoc modo organa malignantiū claudūtūr, & Io. Boter. in ſuo trac. de ratio. Status, li. 1.ti. de documentis iuſtitiæ, ait (quamvis vulgari ſermonē) Miniftros haud ſuf- ficere recta ſtatera procedere, ſi a domino tergiuer- ſantur, parcendo puniendis, et vitam condonando 238 indignis, † & cū iuſtitia ſpecter ad iudicem, et gra- tia ad Principem, aut in moderando rigore, aut ex cauſa boni, & aequi in parcendo, non licet gratiam facere in praēiudicū iuſtitiæ, quia iniquū eſt in praēiudicium Reipublicæ, quia Regna, Principatus, et Potestates Principibus adjiciuntur non lucri cauſa, ſed duntaxat pro manu tenenda, & tuenda tran- 239 quillitate, pace, & iuſtitia, & ideo † inanis gratia inanem parit effectum, & gratia ante tempus ſapit abortū tanquam immatura, & generat malam di- gentionem, & ſemper non eſt locus iuſtitiæ (vt eſſe debet) ſed loco & tēpore interimitur. Hæc ille, & gratia quandoque extenditur ad reſtitutionem fa- mae, & honoris, vt per Lud. Carbo.d.tit. Sfor. Od. q.92.eo.ti.Rol.conf.45.nu.3.vo.4. Sed retēto pro- poſito quāro an aduocatus, vel procurator poſſint cum cliētulis ſe componere, dic quod ſic, niſi dici poſſit pactio quoq; litis.

Pactum de quota litis eſt damnabile, eſt text. in l. ſi qui aduocatorum, vbi Bar. Pau. de Cast. & alij, C.de poſtul. & in l. ſi remunerandi, §. Marcellus, ff. manda. vbi in procuratore, & aduocato; quod procedit ſi de re litigiosa aliquid detrahī debet, l. 1. §. in honorarijs, vbi gloſ. ff. de var. & extraor. cogn. vt not. DD. in l. ſumpus. ff. de pac. Plot. in l. ſi quando, num.534.C.vn.vi, & hoc ſi ſtatante inchoatā item; vt declarat Causal. decif.41.nu.44. & 45.par.1. Vbi primo fallit, ſi quid promittat litiga- tor extra rē litigiosam, Bar. in l. ſalariū, ff. mād. vbi gl. vſque ad centū aureos, vt in §. in honorarijs. Se cūdo & etiam fallit ſi non eſt litigatum, ſed opera aduocati ſine lite res restitueretur, nā fruſtratorius eſt actus, qui non alſequitur finem ſuū, l. verbis, de vulg. & fruſtra contēditur de eo, quod nullo ca- ſu verificari poſteſt, l. ſuccēſſores, vbi Saly. C. ad l. Falci. & ratio legis prohibentis hoc pactum fuit, ne aduocati, & procuratores in litigando nimis af- fectuosi, per fas, & nefas cauſam obtinerent, Affli. ſuper constitu. Reg. in verb. aduocatos: At cellante legis ratione, ſeu cauſa, cefſat lex, l. adigere, §. quā- uis, ff. de iur. patr. Tiraq. tract. cauſ. ceſſan. nu.130. nam celante cauſa ceſſat effectus, & non puniſtur

Q affectus

- affectus de generali consuetudine, nisi securi effectu, quod etiam in atrocissimi procedere dicit Farinac. de delicto. Fallit tertio, si esset aliquid promissum pro palmario, & honorario, d. l. i. §. in honora rius, ff. de var. & extraor. cogn. & Addens ad Guid. Pap. decif. 190. Post. super instit. in tit. de manda to. nu. 6. in fi. vbi si quis promittat 25. pro victoria; nec dicatur de effectu litis, sed simplicitet, tunc honeste peritur. Et de hac materia vide Peregr. de iu. fisc. lib. 4. tit. 7. nu. 16. vbi pœna, &c.
- 240 † Quare etiam nūquid delinquens punitus ab uno iudice possit adhuc ab alio puniri? sed hæc res inter plures iudices sub eodem Principe difficultatem non habet, vt in ista dicam. nu. 273. at quid si aiudice laico fuerit punitus in causis mixtis, seu communis fori, de quibus per Clar. q. 37. & Dec. de delicto. lib. 4. c. 26. to. 1. Marant. p. 4. dist. 11. Sigismun. Scaccia. de iud. ciuil. crim. & hæc. c. 12. nu. 8.
- 241 fol. 22. † vt sunt adulterium, concubinatus, sodomia, sacrilegium, fornicatio, crimen lamiarii, & falsitatis, perjurium, blasphemia, crimen usurarum incidenter, crima iudiciorum, nam hæc omnia † sunt ex mina communia, seu mixta fori, & qualiter, ac quo modo in eis procedatur, videad sanitatem eundem Dec. d. lib. 4. tit. Mixti fori quæ sint, d. c. 26. to. 1. Modo ad rem, an punitus a iudice laico, possit puniri a iudice ecclesiastico, vel ecclæta? & resolutio (omissa distinctione de qua Abba. in c. 1. de procu. & altera dist. Io. And. in c. 1. & ibi gl. fi. de off. ord.) dico communem, & veriore opinionem esse, quod processus unius iudicis, non impedit processum alterius, unde concessa præventione, de qua late per Boss. in tit. de for. comp. nu. 96. cum mult. seq. & Lancellot. de attent. in 2. p. c. 4. limit. 2. num. 45. 55. 59. & 72. finito processu coram primo iudice præveniente, poterit causa iterum cognoscitorum alio, igitur si erit absolutus, vel condemnatus a primo iudice, illa sententia non parit exceptionem rei iudicatae quoad alium iudicem, vt tenet D. D. quos Clar. adducit q. 57. ver. sed hic occurrit, & Dec. d. c. 26. num. 16. ita vt si ab uno fuerit absolvitus, ab altero forte poterit condemnari (re melius intellecta,) vel si ab uno pecuniari ter fuit condemnatus, poterit ab altero condemnari corporaliter; si ita juris esse videbitur: & explicat Bal. in l. 2. C. de sportul. Affl. super constitut.
- 242 in ver. blasphemia, in fi. li. 3. & ratio est, quia si iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui iudicis laici, si non vult, nec econtra. Idem procedit inter duos iudices sub diuersis Principibus, & dominiis, Clar. q. 57. ver. scias etiam, licet Farinac. q. 19. contrarium de iure affirmet, sed de consuetudine aliter seruatur, Dec. in c. at si Cletici, de iud. idem Cla. q. 36. ver. vlt. inf. nu. 249.
- 243 † Et inter iudices sub eodem Principe locum habet præventio, Boss. de fo. comp. nu. 96. Farinac. q. 7. nu. 26. Cla. q. 57. ver. dictum est, & q. 38. ver. frequenter, siue sint ambo iudices competentes ratio ne delicti, & alter domiciliij, aut originis; nam sententiatus ab uno, non potest sententiari ab altero, 245 Clar. q. 38. & 39. vbi add. † Sed in paritate iudex loci delicti preferendus est, l. si cui, §. pen. & fin. ff. de accusat. tex. in l. 3. ff. de offic. præfec. & in c. 1. de rapto. & in c. 2. de constit. est de hoc particulare decretu in not. ord. Mediol. edi. die 14. Aprilis, 1553. & reus est remittendus ad eum (si petatur) ijs duabus de causis, prima, vt ibi puniatur vbi deliquit, vt in eo, in quo quis peccat, puniatur, l. vbi, ff. de iudi. & per di. iura, ad tetrorem, secunda, quia est præferendus, vt not. in auth. qua in prouincia, vbi glo-
- & DD. C. vbi de crim. agi oport. Clar. q. 37. ver. est autem tantæ potentiæ locus delicti, & ibi Add. pulchre Decia. de delicto. tom. 1. lib. 4. c. 19. fol. 155. & sequen. vi. Iacob. de Beluis. in sua pract. titu. de for. compet. super Repetitionem. §. Contrabentes, vbi latissime, & distincte loquitur de remissione, tum in causa criminali, tum ciuili in 2. not. usque ad fi. quibus in locis tractat, an reus possit allegare suspectum illum iudicem ad quem perit ut remitti, & in ciuili quod sic, & quid si unus iudex procedat contra mandatum, alter vero contra mandatarium, & adiuvicem petatur remissio, per Iacob. de Beluis. loc. mox cit. qui in rub. de criminis remiss. sub num. 9. dicit quod reus remissus potest interrogari an velit stare processui factio contra eum, a iudice remittente, qui respondens, quod sic, ille processus tenet tam pro quam contra, tamen tam ipse quam fiseus, & seu querelator, respectu audiri possunt. quod not. Nec iudex a quo debet ex abrupto statim remittere, quando aliquo modo potest ipse procedere, vt per Iacob. de Beluis. in d. pract. tit. de fug. reorum, nu. 68. cum mult. seq. & † remissio ista debet fieri expensis delinquentis, vel petentis, si reus non habet modum solvendi, Aufrer. ad Capell. Tolos. decif. 100. Boer. decif. 303. Dec. d. lib. 4. c. 19. tom. 1. & iudex renuens remittere reum potest de inobedientia puniri, Iacob. de Beluis. in cap. Roman. §. contrahentes, nu. 113. de for. comp. in 6. Put. de syndic. in ver. obedientia, c. 1. Alij vero dicunt quod iudex tenetur ex urbanitate remittere delinquentem ad iudicem loci delicti, antequam ab eo petatur, sed post requisitionem tenetur de necessitate, D. D. in l. si cui, §. fi. de accus. quod verum existimo in eis iudices sub eodem Principe, secus si sub diuersis dominis, & ita puto esse intelligenda iura per Gome. adducta in ut. de delicto. c. 1. nu. 87. vbi in fine dicit, quod talis remissio debet fieri de facto, absque eo, quod constet delictum esse commissum in iurisdictione petentis, & etiam nulla praecedente cause cognitione; & allegat Battolum in §. si quis vero comprehensorum, in auth. vt null. iudic. quod possit esse verum quan do iudex fecit extra iuris aliter, quod delictum fuerit commissum sub iurisdictione alterius iudicis, vt quia notoriū sit, vel aliter. † Sed de consuetudine iudices non remittunt, nisi habita fide, quod vere delictum commissum fuerit in iurisdictione iudicis petentis. At limita si iudex originis, vel domiciliij effectualiter non præuenit, sed si capturari fecit, & constituit delinquentem, vel contra eum inquisitionem formauit, & transmittit; tunc præventione hac est penitus iudex competens, nisi Princeps aliter mandet, Clar. q. 38. ver. frequenter, quia non tenetur remittere nisi iusli superioris. Anchæt. in cap. postulasti, de for. compet. & in hac materia præventionis, vide omnipino Decia. de delicto. tom. 1. lib. 4. ca. 20. 21. 22. & sequen. Farinac. de inquisit. quest. 7. num. 56. in fine. Caball. milleoq. 596. pa. 2. 10. requiri ait.
- 248 † Sed laudantur Principes, vt per Add. ad Cla. d. q. 38. vers. hoc tamen, nu. 72. si vnanimiter alter ad alterum remittit delinquentes, ad effectum puniendi, non autem liberandi, ob publicam utilitatem & quietem, de qua remissionem dixi sup. in 2. pa. nu. 98. & remissio fieri debet ad minus ante saluum conductum, præcipue si subditi remittuntur ad suum dominum; sed possent obstat alia delicta patrata, quibus iudex domiciliij procedere possit, quo casu remissio fieri solet per modum præstati, seu commodati ea conditione, vt finito processu restituatur delinquens